


ILLVSTRIVM VIRORVM EPISTOLÆ, HEBRAICÆ, GRÆCÆ ET LATINÆ, AD Ioannem Reuchlin Phorcenſem virum noſtra ætate doctiſſimum diuerſis temporibus miſſæ, quibus iam pridem additus eſt LIBER SECVNDVS nunquàm antea editus.

Reuchliniſtarum exercitum pagina inuenies mox ſequenti.

THOMAS ANSHELmi Badensis Typographus Candidis Lectoribus.

ANNIS superioribus epistolas non inelegantes illustrium quorundam virorum uobis diuulgauimus, quas illi ad Ioannem Reuchlinum uirum doctrinæ singularis scripserũt, quibus uos mirifice delectatos esse accepimus, non solum ob earũ elegantiam, sed rerum quoq; quas tractant, miram concinnamq; uarietatem. Qua re cognita, Secundum Librum ex Chartophylacio Capnionis nostri adiecimus. Quem si una cum prioribus placuisse uobis cognouero, non pigebit me reliquas etiam in comunem studiosorum omnium utilitatem publicare. Valete, & laboribus fauete nostris.

CAPNIONIS DEFEN

SORES ACERRIMI, VIRI

Germaniæ totius literatiſſimi ſplendidiſſimiq.

D. Eraſmus Roterodamus uir ſeculi noſtri doctiſſimus, qui Capnionem ſuis diuinis operibus undiq; purgat ac defendit.

Hermannus Comes de Nuenar, nobilium omnium ſpecimen.

Hulderichus de Hutten, uir omni in doctrina abſolutiſſimus.

Reuerend. DN. Ioannes epiſcopus Roffenſis.

Petrus Galatinus Minoritanus, ſacræ arcanæ Cabalæ peritiſsimus

Martinus Groningus Bremenſis.

Io. Potken Præpoſitus Colonienſis

Chriſtophorus Vuelſer Præpoſitus Ratiſponenſis

Fabricius Capito Concionator Baſilienſis, uere pius Theologus

Ioannes Oecolampadius Concionator Auguſtanus.

Iacobus Spiegel Seleſtanus I. V. Doc. Cæſ. Secretarius.

Conradus Peutingerus I. Doc. Conſiliarius Auguſtanus

Conradus Mutianus Ruffus Præpoſitus in Gotta.

Thomas Truchſes Decanus Spirenſis.

Laurentius Behem Babenbergenſis Canonicus.

Sebaſtianus Sperantius Præpoſitus Brixinenſis.

Guilielmus Copus Baſilienſis.

Henrichus Stromer Aurbacchius Med. Doctor

Bilibaldus Pyrkaimer Norinbergenſis, ſummæ doctrinæ uir.

Aegidius Viterbien. Gñalis Eremitarum S. Auguſtini.

Ioachimus Vadianus Vienenſis Ordinarius

Simon Lazius Vienenſis

Cuſpinianus Cæſ. Orator diſertiſsimus.

Iohannes Cæſarius.

Georgius Simler Ordinarius Tubingenſis.

Hermannus Buſchius poeta & Orator iucundiſsimus.

Henrichus Glareanus Heluetius poeta & Orator.

Eobanus Heſsus Poeta & Orator.

Eleutherius Byzenus, qui Triumphũ in Cap. uictoriam ſcripſit.

Michael Humelbergius Rauenſpurgenſis.
Petrus Moſellanus Protegenſis.
Beroaldus Iunior Bononienſis
Nicolaus Gerbellius Phorcenſis
Philippus Melanchthon Brettanus
Beatus Rhenanus Seleſtanus.
Ioannes Quonus.
Ricardus Crocus
Ioahnes Huttichius.
Petreius Aprobacchius
Crotus Rubianus
Erhardus Liſtrius
Eurycius Cordus
Paulus Gereander Saltzburgenſis.

¶ Plærique alii, & Germaniæ doctiſſimi, qui prope diem in Capnionis innocentiam proprium in lucem dabunt opuſculum.

IOANNES HILTEBRANDVS
Suecingensis Studiosis omnibus S. D. P.



VPERIORIBVS diebus optimarum artium professores Ioannes Capnion Phorcensis uir egregie doctus, ad nos attulit quod ex uariis clarissimorũ uirorũ literis concinnauerat opusculũ hoc elegans, eruditum, elaboratũ solerter atq; prospicienter, ut est ipse rei literariæ studiosissimus ac ꝑstabilis homo sapientiæ. Illud qm̃ impẽse nobis placuit, risu & osculo excepimus, dignũ arbitrati quod in apertum proferat̃, dignũ quod in arce collocetur quasi illa Minerua Phidiæ, dignũ quod labore atq; diligentia nostra in manus hoim ueniat q̃ emendatissimũ. Tum q̃ ad comunẽ oium studiosorum utilitatẽ, & generosi animi Capnionis nostri laudẽ spectare uidebatur. Tum etiã q̃ epistolæ in eo ipso sunt familiares, quotidiano puroq; sermone cõtextæ, non latine modo, uerũ & græce & hebraice, quas nemo bonus rerũ æstimator aspernari poterit. Quippe q̃ fluunt, q̃ affectatæ non sunt, q̃ curã non dico non norũt sed respuunt, hoc est de cõposito nõ recipiunt, & accedentẽ inferriq; cupientẽ excludunt, ita ut diligentiæ quidẽ sint penitus in his uestigia, sed repressæ quodãmodo & repudiatæ. Non sum ego tã solers ut introspicere possim ingenia tot tãtorũq; uirorũ, diiudicareq; magnitudinem eorum atq; fœcunditatẽ. Quod si quispiã omniũ oẽs ea ratione & animo lustrauerit, nihil aliud inueniet, q̃ q̃ ornatissimi uiri copiosam & arcanã multiplicis disciplinæ peritiã ac bonitatẽ cũ summa prudentia coniunctã in Capnione nostro ita amplectuntur ut admirãtur, ita admirãtur ut cõmendare nõ desinant. Adeo ut perspicue καθάπερ ἐν κατόπτρῳ καὶ ὡς πρὸς ἐν γραφῇ. i. tanq̃ in speculo & tanq̃ in tabula ex illis est uidere uaria testimõia uitæ doctrinæ atq; cõmentationũ nobilissimi Capnionis nostri, uiri ut semel laudes eius in summa cõplectar, digni, quẽ unice diligant amẽt & uenerẽtur honestissimi quiq;, utpote talis qui ad multorũ cõmoditatẽ natus uideatur, quẽq; ois dubio procul sit admiratura posteritas, cũ liuor quieuerit, & autoritatẽ dies lenta ꝑscripserit. Est illi mite ac tractabile ingeniũ, facies liberalis, est inge-

nuus totius corporis & quidē ſenatorius decor. Sed ne fortaſſe me putetis indulſiſſe amori meo, ſupraq; q̄ res ipſa patitur ſuſtuliſſe a prædicatione illius tā & ſi inuitus digredior. Siquidē fide mea ſpō deo, oia longe ampliora quā a me dicuntur inuentu eſſe facilima: Diligo quidē uirum ardētiſſime ſicut meretur, uerum hoc ipſum amantis eſt, non onerare eum laudibus quē amore proſequitur. Accipietis igitur iā nunc quē admodū ſperamus ἀμφοτέραις χερσὶν. i. ambabus manibus bonarum literarum amantiſſimi paruū hoc opuſculū, & deguſtabitis huiuſcemodi illuſtrium uirorū ſcribendi genus, impreſſionis noſtræ æqui iudices, affectiq; beneficio minime ingrati. Quod ſi feceritis, dabimus bene iuuante Domio magiſtro Chriſto IHESV, rege & iudice & deo noſtro meliora in poſterum, nec non bonæ frugis pleniſſima. Valete.

Philippus Melanchthon Brettanus Lectori S. D. P.

SOLENT inter genera literariorū monumentorū egregie probari q̄ natura facilius q̄ arte fluunt. Illis em̄ plane quid in cuiuſq; ſit ingenio ſitum ſpectari poteſt, uti natura natā artem Pythagorica diſciplina conſtat. Inter illa p̄cipuum eſt epiſtolare quod familiaritate ſua calorē ſubitū oſtēdit, multa laude celebratum a grauiſſimis autoribus. Epiſtolis em̄ res maximæ plærunq; agūtur, quare ut de plurimis quā elegātiſſime ſcribi diciq; poſſit literas ad Ioannē Reuchlin ſumma integritate, ſummaq; prudētia uirū ſcriptas, multiiuga eruditione prodire uoluimus. Quod Germaniæ noſtræ clarius cōtingere nihil poſſit, q̄ ſi autore Iohanne Reuchlin quē ζῶσι δὲ κ̓ κόσμοισι θέα γλαυκῶπις ἀθήνη, exterarum gentium monumentis laudetur ſplēdide, hoc nanq; epiſtolæ fere oēs argumento notantur. Cæterū qui ſit epiſtolaris character rectiſſime cerni poteſt, nā familiaritate tegunt artificiū ne ſermoni epiſtolari ſatisfeciſſe negantur, qui Libanio Sophiſtæ placet. Finiē em̄ a Libanio epiſtola ὁμιλία ἐπιγράμματος ἄπαντος πρὸς ἅπαντα γινομένη καὶ χρείαν σκότον ἐκπληροῦσα ἐρεῖ δὲ πῶς ἐν αὐτῇ ὡς πρὸς ἅπαντας πρὸς ἅπαντα. Quod ita uidetur expreſſiſſe M. Cicero elegāter quidem & uti ſuis ingenii moribus ſolet fœliciſſime ad Cu

epiſtola qd.

rionem,unum illud certissimum epistolarum genus, cuius causa res ipsa inuẽta est,ut certiores faceremus absentes si q̃d esset quòd eos scire aut nostra aut ipsorum interesset. Epistolas igitur contexas sermone puro qui lumen rebus adhibet,ac emendato, quem Cicero latinum uocat,familiari dilucido ac breui,q̃ hoc sermonũ genus dialogo similimum putetur.Deniq; proprio ut res effingi q̃ explicatissime uideatur habetis adulescentes optimi,ut arte imitando discatis,magna enim pars artis imitatione continetur, ut est apud Quintilianum. Neq; quo studia uestra magis adiuuari queant uideo q̃ iunctis exercitii ac imitationis uiribus græcas sententias latinis uerbis,latinas uero lectis uerbis aliis pronunciate. Idq; frequentissime ut profuisse uobis Ioannes Reuchlin Germanorum studiorum antesignan⁹ dicatur. Illis enim si uos eruditos uiderit ut antea dedit pluria,grauiori uos munere donabit. Valete

Marsilius Ficinus Florentinus Ioanni Reuchlin Phorcensi,& Ludouico Nauclero Germaniæ Iurisconsultis S.

SCRIBITIS ad nos uestroq; nomine Germaniæ principes Florentiã adulescentes erudiendos tanquã ad Academiã mittere.Sed ea interim elegantia scribitis,ut non ad Academiam filios, imo ex Academia mittere uideamini,atq; apud exteras nationes perquirere uobis iam domesticam disciplinã. Quæ rerũ uicissitudo est? Quantũ insolentes plæriq; more sophistarũ aliena temere profitent̃,tantũ uos modestissimi uiri uel propria ritu Socratico diffitemini,hoc præ cæteris admirandi, q̃ q̃ curiose multi lapillos terræ uisceribus reconditos perserutantur,tam accurate uos cælestem sapientiæ splendorem ubiq; gentium prosequimini Quamobrem incredibili quodã amore erga uos affecti, adulescẽtum uestrorum curam pia mente suscepimus.Et in primis insigni pietate hospiti commendauimus.Dabimusq; in dies operam ut ager natura fertilis frugem quãdoq; proferat fœliciss̃imam. Vos igitur bono animo estote,& principibus uestris nostro nomine respondete.Magnanimum Laurentium Medicem cuius & ipsi clientes sumus adulescentũ prouidentiã libẽtissime suscepisse. Valete

Ioannes Streler I. Doc. Ioanni Reuchlin S.

CERTIOR factus es certo scio quale ocium nobis sit, & qualis ualetudo, quæ deniq; prouisio doctorum hominum atq; aliarũ rerũ necessariarũ. Fruimur nos singuli bona ualetudine, Incipiunt nunc uacationes quibus dabimus operã libris græcis. Ea in re ad prima elementa addiscẽda meliorem p̃cepto rem habere in hac urbe non possemus q̃ noster patronus sit. Scribimus quotidie & græce & latine. Versamur nunc in tertia declinatione synæresiata. Post uacationes leget Christophorus Landinus Horatiũ & rhetoricã Tullii nouã. Lippus uero cæcus æneidos libros Maronis & Quintiliani opus. Mihi uidet non fore inutile ut accederent ad aliquos saltẽ Dionysius & Ioannes, q̃uis patron⁹ noster consulere q̃nq; noluerit, nescio quã ob rem. Quid tu uelis me in hac re agere fac non ignorem. Scripsi etiã tuæ humanitati de Angelo Politiano doctissimo utriusq; linguæ uiro, quid agẽdũ sit. Nã is cõtinuo est apud diuinũ illũ uirũ Comitẽ de Mirandula apud quẽ etiã ego ipse his diebus fui. Cõmodiorẽ aũt uiã excogitare non potui, qua mihi in eius Comitis ædes ire tandẽ aliq̃n liceret, eũq; illic philosophãte audire, q̃ ut te ipm tanq̃ tuo noie atq; iussu illi cõmendarem. Sic etñ finxi, qui statim ait. Est ne is qui superiore anno penesme hic fuit, aliqua de Orpheo interrogans si recte memini. Ad hæc nos tuos ei cõmendaui, rursus certe nobis pollicito summã humanitatẽ quibuscunq; in rebus possit ꝑdesse. Vnũ hoc deniq; orabat, ut si qui istic uel in monasteriis uel aliubi essent libri rari, eorum ad se indicẽ mitteres. Quod si essent aliqui ex antiquissimis emendate scripti litera Longobarda ne se cælares, quorũ eñ sibi copia non esset, eos se curaturũ ut excriberẽtur aiebat. Da igitur operã ut illi mos geratur, quo nõ ei tñ sed etiam Laurentio Medici gratissimum facies. Bibliam hebraicam hactenus habere non possum. Vale. Ex Floreñ.

Ioannes Streler, Ioanni Reuchlin S. D.

MArtinus Breminger tibi offert Platõis opa cũ Theologia, Heptaplũ ac Miscellaneas Angeli Politiani, de expẽsis tu cũ eo cõuenias, librorũ ꝑcia mihi iã soluisti. Plotini opa sunt finita, q̃ si optas fac ut sciã. Nullos libros græcos hic uenales reperio. De Biblia hebraica ero certior cum Holtzhuser uenerit ex regno

Neapolitano, alia non ſunt impreſſa, Valemus oēs recte, Dionyſius profecto bene ſtudet, te non pœnitebit impendiorū certo ſcio, nullis eget calcaribus, tamen Italiam amare nō uult, Sēper autem plus cuperet uiuere in Germania. Scribūt ad me frater meꝰ & ſororius Vitus Regel multa de tua erga eos humanitate ſingulari, ago tibi gratias, qꝺ non ſolū me, ſed etiā meos amore proſequaris. Vxorē tuam pudiciſſimam ualere plurimū opto. Tu quoq; bene uale uir obſeruandiſſime, & me commendatū habe. Dominus Mirādulanus nūc Ferrariæ ſtudio incūbit, de reditu ſuo neſcimus. Cætera ex Martino audies. Iterum uale optime. Florentiæ iii Kalen. Iulias. Anno. M. cccc. lxxxxii.

Ioannes Franciſcus Picus Mirandulæ dominus, Concordiæq; comes, Ioanni Reuchlin Phorcēſi uiro doctiſſimo.

SAlus tibi uir doctiſſime, Tertio iā ex negotio mihi Germaniā petēti id anīo inter eximia deſyderia penitꝰ inſederat, ut te de facie cognoſcerem, quē ex literariis opibus pridē ſuſpexeram, Sperabamq; facilius eo fieri me uoti compotem, qꝺ tui ducis regio non abeſſē diceretur a loco in quo celeberrimus iſte Regum principumq; conuentus agitur. Quem tua etiā præſentia (quando huc plurimi & præcellentes uiri confluxerunt) honeſtandū impenſius coniectabar, Sed inania plurimū noſtra uota, incēſum quippe diu animum cognoſcēdi tui Bonomus Tergeſtinus antiſtes tū inflam mauit, cū omne deſyderium prorſus elanguiſſet. Vbi enim reſciui per occupationes tibi non licuiſſe diſcedere, tuarū illico præconia laudum intonuere, adeo ut & maceratus deſyderio ſim, & euanida ſpe prorſus fluctuauerim. Hinc uenit in mētem ut damna iſtæc reſarcire quoquo modo per epiſtolam curarē. Scias igitur uelim me tibi, me tuæ uirtuti tā addictum q̄ qui maxime. Quod ne dictum ad præſentem gratiam putes, Teſtatum id omnibus relinquent nō nullæ ſcriptiōes meæ, Nam & in ſeptimo operis cuiuſdam de rerū prænotione libro, & in carmine Heroico, quod de myſteriis in Germaniam cœlitus lapſis procudi, honorifica tui mētio facta eſt. Adſcribito ergo me poſthac in Rationario tuo, inter ea nomina quæ tibi debent quod de literis optime es meritus. Sciaſq; uelim qꝺ ni a turbulentiſſimis negotiis detinerer, ad te uiſendum conuolaſſem Pro meis enim oppidis fortunis omnibus ad cæſarem me contuli,

quem pro ſua clementia proq; mea in illum fide & meritis exoran dum ſperaui. Vale, mei memor. v. Aprilis. M.CCCC.V.

Gabriel Boſſus Mantuanus Secretarius, Ioanni Reuchlin Phorcenſi. S. D.

SPectabilis & clariſſime doctor tanq; frater honorādiſſime, Accepi literas tuas humanitatis & eloquētiæ plenas, qbus exēplaris Homerici expeditionē accuratiſſime mihi cōmendaſti. Recte ſane facis ut qui alioquin doctiſſimus es, etiā illa heroica lectione plurimū delectari uidearis. Veruntamen non erat opus adderes calcaria equo ſpōte currenti. Ego enim pro mea in te obſeruantia nihil quod ad rei perfectionem attinet intactum reliqui, futurumq; ita eſt ut librum ipſum breui in manibus meis ſim habiturus, quem poſtmodum ad te tranſmittendum diligenter curabo, quo uoti tui compos fias. Vale mi frater ſuauiſſime, & me ut tuo utere. Mantuæ xiii. Kalen. Ianuarias. Anno. M. CCCC. XC.

Gabriel Boſſus Ioanni Reuchlin Phorcenſi. S. D.

SPectabilis & præſtātiſſime doctor tanq; frater honorandiſſime, Redditæ mihi fuerunt literæ tuæ, iiii. No. Martias obſignatæ, quibus percepi ardentiſſimum animi tui deſyderiū, ut Homerus in latinum tranſlatus de quo iam diu firmiſſimam ſpem tibi ieci, ad te illico afferatur, aperuiſtiq; propterea mihi baiuli occaſionem, ne diutius in deſyderio atq; expectatiōe tenearis. Ego qui promiſſa in animo ſemper infixa habui, laboraui die noctuq;, ut Homerus ipſe totus ſine mora tranſcriberetur. Verum fortuna aduerſante ſcriptor uariis implicitus negotiis inchoatū opus abſoluere non dum potuit totū, Quapropter ne uerba pro factis tibi dari fortaſſe putes, ſtatui partem ipſam perfectam magiſtro Petro Arlunēſi Papiæ ſtudenti ad te dare, quo dum altera pars perficietur, interim aliquid habeas quo cum muſis ludere poſſis. Mitto igitur quinternos ut aiunt octo, inter quos ultimus eſt paucum ſcriptus, & illud eſt in cauſa, q; in exemplari nihil in latinum amplius inueniebatur tranſlatum. Quare non admirare debueris, reliqua omni diligentia perfolui curabo. Vale. Et ſi aliud eſt quod a me uelis iube, præcipe, māda. Nam nunc mihi plurimum ſatiſfacere uidebor, cum cognouero tibi uſui atq; adiumento fore. Quingentulis, vi Nonas Apriles. M. CCCC. LXXXX. primo

Petrus Bonomus Tergestinus imperialis Secre
tarius Ioanni Reuchlin Phorcensi.

SAluus sis mi Ioannes. Scripsi iam decies Bernardo nostro, itidēq; & Fuchsmagus noster fecit, ut optatos illos libros quos tanto ꝑe quæsiuisti ad nos mitteret, quo tibi ubi uelles ꝑsto essent. Nihil uir ipe uel q̄ nimiū fortasse uxorius uel qd̄ honestius te credere uelim magnis ac arduis rebus implicitus hactenus rescripsit, Quapropter demū iā hoiem mordicus literis meis insecutus sum, excitabiq; ut spero stimulis, qui blandiciis non potuit. Tu interea perfer moram, habes em̄ paruum istū tuum libellū qui consolari te potest dum altero cares. Afferet omnino & antiquus si Bernardus non dormiat, & cū ad me ꝙuenerit, tibi seruabitur illæsus, Iacobus tuus Loans an adhuc Viennæ uiuat ignorās sum. Erat tñ paucis ante diebus illic, ubi eū reliquisti. Tu vale & me ama, parcaq; si & raptim & pauca ad rescripsi. Nuncius em̄ iam itineri succinctus me adiit & petiuit literas, arrepto quas tumultuarie calamo ad te dedi. Ex lyntz Die secunda Martii. Anno. M. CCCC. LXXXXII.

Petrus Bonomus Regius Secretarius Ioanni
Reuchlin Phorcensi.

SAluus sis uir clarissime, Accepi nudius tertius tuas literas, q̄ & si calamitatis quandā faciē ꝑ se ferebant, fuerunt tñ mihi iucundissimæ, utpote ab amicissimo hoie & doctissimo uiro, ꝑfectæ, tua em̄ scripta attico illo melle cōdita, q̄liacunq; tēporum conditio offerat, exhilarant animū. Doleo ꝑfecto mi Reuchlin principis tui intempestiuū obitū, tum ob cætera multa quæ in eo cōmoda nostri temporis fuerant, tū tui potissimū causa, Sed nec locus est hic fatum hoc deplorandi, nec si esset, rudis hæc Minerua nostra satisfacere desyderio tuo posset, Acquiesce ergo tu qui uerus es stoicus, quiq; alios consolari optime nosti huic rerum turbationi qualis in dies uiuentibus ingruit, nec te ideo torqueas aut maceres, Est enim communis hæc omnium uaria sors. Ego tibi quantum & uires meæ ac amicorum poterūt satisfacere curabo, si clarius quid petas intellexero, Sum enim adhuc dubius an aulicus fieri uelis regius, an literas tantū quas protectionis & familiaritatis appellāt exoptes. Scribe igit̄ ad me q̄primū, & interea reb⁹ aduersis animosus atq; fortis appare, & æquam memento rebus in arduis seruare men

tem. Habebis enim oēs eos patronos quos tibi uirtute tua undiq; cō parasti, qui te non sinent ab inuidis calcari. Vale. Ex Augusta Vindelicorum xxi. Aprilis M.cccc.lxxxxvi.

Bernardus Perger Cancellarius Austriæ, Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

DOlens literas tuas accepi, quia me absente Lynciā te petere fortuna dedit, profecto mallem me nescire te illic esse, adeo molestabor hic animo, q̄ iucūda tua conuersatione & doctrina carere debeā. Et nisi conditioni tuæ officere timerē, dñis & amicis meis scriberem, q̄in absoluendis negociis tuis diem de die trahe rent, quousq; ipse me uideres, adeo me tui capit desyderium uidendi. Noui tamen mores curiæ nostræ, sperans & si moram nō procurem, sua sponte etiā quantumcunq; te inuito sese offeret. Nam ipse hic paucis diebus ut spero absoluar, & ad te non ad Lynciam q̄ mihi inusa est properare curabo. Si autem interea utiq; te abire contingat, me tui amantissimum existima, & mihi crede, non minus te q̄ alterum parentem meum & colam & uenerabor. Petis literas cō mendatitias ad Vualdner, eas his alligatas ad te mitto, tum & quasdam alias literas pertinentes in Cancellariam meam, quas omnino tu ipse rogo exhibeas. Hei quantum infortunium, saltem affuisset ille Petrus, quem sæpe coram te in carmine doctissimum extuli. Is saltem pro me amici officium gessisset, sed ipse ille nescio quorsum ad capiēdam ecclesiæ possessionem sibi per Cæsarem donatæ ante me dudum exiuit, breui tamen rediturus. Reliquum, nisi sperarem me Lynciæ te conuenturum, cœlum & terram execrarer. Si interea tibi fuerit tædiosum stare in diuersorio publico, iam scribo cuidam de Cancellaria mea, ut te in conclaue meum inducat. Et quicquid literarum uel græcarum uel latinarum habere uolueris, ad usum tuum donec in Lyncia moraberis illic inuenies, & utere ut uoles. Fac tamen ut aliquod monumentum literaturæ græcæ mihi relinquas ut cum uenero, te absentem nihilominus præceptorem sentiā. Scribo in fauorem tui Georgio Schrotel licentiato, ut & is uotis tuis obsequens in curia nostra imperiali pro expeditione Comitis tui diligenter tibi assistat. Doctor Fuchsmagus æque ut ego fortunam accusat, q̄ te condiscipulum olim suum uidere non possit. Salutat aūt te his meis, qui cras aut perēdie iturus est orator regius in Vngariā.

Vale ex Vienna, die xxvi. Martii. M. CCCC. lxxxxii.

Ioannes Crachenberger Ioanni Reuchlin Phorceñ. S. D

PErgratum mihi fuit dignissime uir in literis tuis ad Petrũ Bonomum mei memoriam feciſſe, & Amphiõis titulo decoraſſe. Placuit profecto illud adiectũ, omnes enim, ut dicitur, ſuauitate laudis rapimur, quãuis nullos muros huc uſq; ædificare potuerim ſed fundo iam uillæ cœpto ſub ſpe altioris ſtructuræ exornãdæ, e terra ſaltem ſerpere nõ ualeo. Tenax gleba eſt, nec uicinis noſtris grat⁹ labor, Scit tua humanitas quid uelim, ſupplicaui tibi ut de nomine græco inueniendo operã adhiberes, quo honeſtius in latinis literis q̃ barbaro hoc uti poſſem, an feceris ignoro. Iterũ oro, ut id facias, & ſi tibi dignũ uidebit᷑ ad me ſcribas. Nec dedigneris hoiem qui ſe diu tibi totũ dedit, & inter ſeruos numerari tuos delectat᷑. Vale doctorum decus, Ex Lyntz xix. Februarii. Anno M. CCCC. lxxxxiii.

Ioannes Fuchſmag Iuris utriuſq; Doctor, Ioanni Reuchlin Phorcenſi. S. D.

GRatiſſimum fuit uidere figurã Sephiroth, quo lucidius intelligo, & compertum habeo hebræos gentẽ ſuperſtitioſiſſimã & illorũ autores. Pridie rex Vngariæ literas ad Cæſareã maieſtatem ſecundis rebus geſtis plenas dedit. Quia uero illæ totũ chriſtianitatis nomen hilaritate exultare, noſq; omneis uictoriæ cõgratulabundos facere debent, eas te latere nolui. Quidam inſignior Turci capitaneus Alobec appellatus, qui Symandriam uulgo Sandro dictam tenet, quindecim millibus uirorum tranſſyluaniam in Siben burgen inſperato ingreſſus, magnam & hominum & aliarum rerũ prædam captam abigere tentauit, quoniam tunc illæ terræ capite carebant, cum Vuayuoda Tranſſyluanus officium ſuum reſignauerit, nec dum alius ſubſtitutus extitit. Turcus ipſe in hac rerum confuſione uictoriæ ſpem ſibi facile perſuaſit. Quod profecto ut concepe rat (niſi Deus Opt. Max. populum ſuum armaſſet) factu facile fuit Sed cum ita ſæuiſſent in omnẽ ætatem, abituriq; fuiſſent, neceſſe erat iter arripere per quædam loca aſpera, montoſa, & ſtrictiſſima, ut bini uno ordine uix incedere poſſent. Noſtri gratia omnipotentis animis confortati, illam conuallem & Cluſam priores occupauere; & tranſeuntibus Turcis exitum ademerunt. Commiſſum eſt preliũ Turci qui in illo ſtricto ſe conglomerare & acies ſtruere minime po

tuerunt,a noſtris uiriliter aggreſſi,& uſq; ad unum deleti, omniſq; præda & chriſtianus qſq; abactus tũ liberatus eſt Scribit hæc Hũgariæ rex Cæſareæ maieſtati hortando ut credat,qm̃ ita ueritas rei ſe habeat.Quare cõgratulare uictorib⁹,iũcta gratiarũ actiõe optimo deo noſtro reddenda, q populũ ſuũ afflictũ miſericordiæ oculis reſpexit.Vale.ex Lintz citiſſime ultima Februarii.M.cccc.lxxxxiii.

Franciſcus Bonomus Tergeſtinus Sereniss.Ro.Reginæ Secretarius Ioanni Reuchlin Phorcenſi.

SAluus ſis Capnion latentiſſime,ſic em̃ iure te nuncupẽ, q mihi iſtec inter ſacras patrũ noſtrorũ literas menſẽ fere delituerís.Cũ alioquin ſcires nos adeo earũ cupiditate teneri, ut nulla p̃ſentis morbi tã uehemẽs uis unquã ingruerit, quin ſemp aliquid ex ſancta lingua uel de lectulo tangeremus,cũ p oculorum imbecillitatem lectioni nullus eſſet locus. Nec illud ſane nos a propoſito dimouit,q compertum haberemus potiſſimam ægritudinis noſtræ cauſam fuiſſe continuum per menſem a prandio ſtatim laborem,dum prima eius rudimenta capere contẽderem. Sed perge queſo ut cœpiſti,& pro nobis quoq; aliquid reponas,quo me dũ regii morbi reliquias Cleopyrgotanæ aulæ deliciis, puellarum ſaltatione & omni deniq; uoluptatum genere,per quas morbus is pellitur excuſſerim ocyus, de equo de curriculo de naui utcunq; locus dederit,docere poſſis. Reliquum eſt ut te moneam, maiorem nos in dies reſtæ ualetudinis profectũ agnoſcere, id quod unus Mœcenas noſter immo pater hactenus præſtitit,ac in dies magis præſtat. Hic unus(ut obiter ſcias)ereptam fere nobis per clinicos uitam reſtituit,hic nos exanimes iam ſeruauit.Huic quicquid ſum,quicquid in nobis reliquum eſt debeo,hic mihi loco ueræ genitricis fuit.Scribo ad eum paulo longiorem epiſtolam de medicorũ ſeculi noſtri impitia.Si nõ uacat is,oro tu legas, ut uideas quo mõ hi nos in hac ægritudíe torſerint.Fœlix ualeas. Ex cleopyrgotanæ regiæ nuptiis.

Adolphus Occo illuſtriſſimi Sigiſmundi Archiducis Auſtriæ Medicus Ioanni Reuchlin Phorcenſi. S. D. P.

OBlectaui me mirifice literarũ tuarum oblatione, nõ modo q docti hominis doctrinã pariter & eloquentiã p̃cipuã redolerent, & ſi hoc mihi omni tpe iucundũ eſt, Sed etiã q ſummam tui erga Adolphum charitatem beneuolentiamq; præfere-

bant,& reciproco me abs te amore teneri intelligam. Quod & ſi in dubitatum mihi ſemper ſit, recenti tũ memoria uegetatur,incendi tur,& ueluti e ſomno excitaꝫ animus amici.Cõgratularis mihi for tunisq; meis,pergratũ eſt,& ego mediocriter admodũ gaudeo. Cũ magno nanq; emolumento curæ maximæ & iugis labor acceſſit. O qñ parabitur aliqñ ut his moleſtiis uacuus philoſophiæ quã peni tus abdicare compellor,mihiq; & amicis uiuere poſſim. Et tecum amiciſſime Reuchlin nunc præſens,nunc per literas conuiuere, fe ram,& tempori ſeruiam, adnitarq; uolente deo ut tibi gratulãdi lo cum nõ euacuem. Vale amiciſſime doctiſſimeq; mi Reuchlin. Iſq; noſter perſeueret amor quem uulgꝰ intelligere nequeat. Cuiq; uix aliquid poſſit adiungi. Coniugi tuæ tibi obſequentiſſimæ amiciſq; cæteris me plurimum efficito cõmendatum. Ex Inſpruck in profe ſto Diuæ Catharinæ.Anno Chriſti M. cccc. lxxxx.primo.

Adolphus Occo Medicus Ioanni Reuchlin Phorcenſi.

SAlue uirorum amiciſſime, Gaudeo te rediiſſe reducẽq; Adol phi tui memoriã ante oculos animũq; uerſare, Ego ut ſoleo ſemitã meã tero.Seni meo aduigilo, lucellũq; qd̃ puenit qd̃ apud noſtrates nõ exiguũ eſſet, cũ ſtudiorum meorum gran di iactura de more offertur, creſcunt opes, abit aut abiectior iace re cogitur philoſophia,dulceſq; ante omnia Muſæ. Neſcio quid ti bi benigniore aliquo numine conceditur. Res gallicas Italicaſq; ex me petis,tu non dubito(ita nanq; affinitate italicis iuncti eſtis)me lius noſti.Scribo quod proxima nocte allatum eſt,Gallorum Nico medes qui uictoriam ſemper in animo uerſat a pontifice admiſſus eſt Romam ingredi,comitatu. iiii.millium equitum ſuffultus. Ex plorauit pontifex in ſaltibus & ſyluis Romanis quas noſti,plura ha bere armatorum millia.Deprenſi aliquot Cardinales qui confeſſi ſint cum rege factionem pro uinculis Petri operas ſecretas ſeſe im pendiſſe.Vrſinus igitur quidam cum decem milibus Romam in greſſus contra Gallos oĩa ſeſe paſſurum promittit Columnenſium domus & palatia intra urbem ut ſolet euertuntur.Habes ſummã re rum.In ſumma aũt ſummarũ tota Italia in turbido eſt. Vix cõiici poteſt quod nam litus æſtuãtis maris impetus allidet.Sic meriti,ſic uiſum eſt ſuperis,noſtri regis Germaniæq; rebus deus benignam ad hibeat curã precor, ne ludibrio cunctis ut cœpimus ꝯmaneamus.

Scripsissem tibi uolumen, sed a mēsa principis mei nūcius me auocatum uix hæc scribere admisit, si Heidelbergā te fors attulerit, præsulem nostrum & Fridericum Dalburgium & Plinium meo nomine qua nosti humanitate salutabis. Vale, Ex Inspruck x Kalendas Ianuarias. Anno M. cccc. lxxxxiiii.

Adolphus Occo Medicus Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. P. D.

REdeūt ecce Basilius tuus & Cato græcorū iam edoctus, fecerunt q; post literas tuas Bibliothecā mihi q̄ angustissimā, ne carior mihi præ oībus libris ϰ̀ πάντων μὰλλα τῶν ἀνθρώπων κτήμασιν fides, libelli uni⁹ p̄sentia mihi in piculo esset οὐδ' ὅσιον τῆς φιλοσοφίας ϰ̀ ἀρετῆς ἀπόθεμισα. Phalaridi quoq; quā nō crederes de amicis superfuisse querelā οὐ τύραννος ὢν πίστιν οὐτ' ἐν φίλοις ἐθελᾶν εὗρεν. Ego librorum suppellectilem quanta ubiq; & apud me est doctis omnibus & mihi quoq; doctrinam exiguam profitēti, cō munem arbitratus sum, Sed tuus liber post mensem promissus nō rediit. Negligentiam meam fatebor, modo dolo tibi suspectus non existam. Abfui multo tēpore ab Augusta, & quod tu in primis amiciciæ signū nosti τῇ τῆς φιλίας ἐλευθερότητι diutius apud me fuit, & pene perennauit. Basilium mendis territus innumeris excripsisse molestum duxi. Cato tibi Mancus fuit, ego integrum feci ut cū fœnore rediret. Aiunt nāq; priscum illum Catonem lucri auidū, quippote agricola erat: Catonem igitur integrum recipe, quē euolutis sarcinulis meis aliquot codicillis neglectū inueni, tibi quoq; in gratiam absolui, plura facturus libroq; meos omnes etiā abditissimos communicaturus si expostulas. Postquā nanq; te & amicum κοὐκ ἐν τῇ φιλίᾳ κοινὸν esse mihi persuasi, quid non libros, reliquamq; supellectilē amicitiæ uirtute lōge inferiorem libētissimo animo cōmunicarem. Vale, & Adolphum tuum in amicitia æquare contendas. Ex Augusta ocyssime quarta Iulii. Anno. M. cccc. lxxxx. quarto.

Bernardus Adelman nobilis ex Adelmansfelden Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

CVm nuper apud fratrē meum Ioannes mi doctissime, Contrā tui amātissimū in Neobron essem, uarius nobis sermo, tū de bonarū literarū ingenuarūq; disciplinarū studiis, tū etiam de gymnasiis nostris præstantiaq; eorum erat. Nanq; cum ego seu

ſtudio contradicendi ſeu potius amore ueri, Italiæ palæſtras (ut ita dixerim) tanq; nutrices, autores, opificesq; optimarum artium, non modo Germanicis ante uerum etiam totius orbis poſuiſſem, frater ut eſt homo ſingularis erga patriam amoris hoc ægre tulit. Conatuſq; eſt Tubingen ueſtrum Italicis Academiis conferre, modo humanarum literarum ſtudia iſtic non adeo fugerent. Quod quidem q̃grauiter moleſteq; tulerim, quantumq; de errore detrimentoq; patriæ noſtræ conqueſtus fuerim, minime perſcribere poſſum. Deſpicimus enim Iohannes mi, immo tanquam uenena abhorremus ac ali quando (proh quantum nephas) iiſce incumbere prohibemur, quæ latinis iucunda uoluptuoſaq;, nobis uero ob noſtram barbariem quantum perneceſſaria utiliaq; eſſe ſoleant, tu ab exemplo epiſtolæ principis noſtri quam cum ſummo pudore ad te mitto mihi oppro bratam, pro tua præcipua doctrina optime intelliges. Nec mihi hi qui hãc doctrinam dealbamentum quoddam eſſe putant uehementer aberrare uidentur. Nam uelut hi qui tingunt, cum primum quibuſdam id quod colorem recepturum ſit præparauerunt, tandem poſtea florem ſuperinducunt ſiue purpureum ſiue quemuis alium. Eodem nos itidem modo ſi ut indelibilis ſit apud nos probitatis ſcientia cupimus, quom hiſce diſciplinis fuerimus imbuti, tunc cæteris operam demus, & quaſi ſolem prius in aqua uidere aſſuefacti, ad ipſam ueram lucem intuitum tandem dirigemus. Hoc fecit diuus Hieronymus, hoc Auguſtinus, hoc Ambroſius, Gregorius, Baſilius, Euſebius, Athanaſius, Ioannes Chryſoſtomus. Lactantius, ac deniq; omnes uiri chriſtianiſſimi, qui uſq; ad tempora ſancti Bernardi per uenere, atq; in aliquo precio apud maiores noſtros habiti fuere. Nõ tamen me præterit multos non philoſophos ſed philopompos. Nõ magiſtros ſacrarum literarum, uerum tenebrarum. Nõ iuriſperitos ſed potius iuriſperditos, leguleioſq; eſſe, qui execrantes poeticum nomen poetas laſciuiis ac nugis deorum gentilium refertos eſſe prædicant, quare ab urbibus autore Platone pelli aboleriq; debeant. Eſto concedatur iſtis detractoribus poetas mẽdaces obſcœnos petulãtes eſſe. Sunt ne omnes? minime quidem. Sed ut iſtorum prauas ac peruerſas opiniones infringam, eorumq; latratibus denique ſatisfaciã. Ipſis pro uiribus ingenioli mei reſponſum eſſe putent. Si in legẽdis poetis apes imitati fuerimus, quæ non omnes, ſed tãtum melliſluos

adeunt flores, nonnullos penitus decerpunt, aliquos intactos relinquunt. Eodem nos itidem modo non omnibus poetis, sed præconibus uirtutum ac meliorum facinorum quorũ maior est numerus operam demus, hos imitemur, hos ueneremur, hisce deniq; omni studio ac totis uiribus incumbamus, & omnes demum (ut apostoli uerbis utar) legamus, & quod bonum sit retineamus. Sed quid multa possem garrulatoribus istis tum autoritate patrum nostrorum fretus, tum etiam rationibus exẽplisq; gẽtilium ut optime nosti sufficientibus copiose ac abundanter ostendere q̃ utilia iucunda necessariaq; omnibus hæc sint studia, nisi uererer ne cum ipsis digna dicam, mihi indigna dixisse uidear. Hæc ad te propterea Ioannes amãtissime uerbosius q̃ oportuit tanquam ad portum, patronumq; ac tutissimum refugium receptaculumq; literatissimorum hominum exaraui, ut uiris studiosis liberaliumq; artium cupidis subuenires, dignitati, gloriæ, laudi, utilitatiq; Reipu. cõsuleres, principiq; nostro Eberhardo humanissimo quem audio uiros doctos colere amareq;, summo studio, cura, opera, industria, diligentia, deniq; persuaderes, neminem unquam ad ueram cognitionẽ rerum peruenire posse, nisi in primis hisce rudimentis (ut ipsi aiunt) uacauerit. Quod si effeceris, te ut alterum Ciceronem, aureum eloquentiæ flumen immortalitati (quid enim maius in hoc mundo tibi dari possit) dedicabimus, principem uero nostrũ præcipua religione, pietate, modestia, gratia, clementia, iustitia præditum, opera cuius tantum commodum patriæ nostræ accesserit, ut alterum Octauianum patrẽ patriæ ad astra feremus. Vale præceptor obseruandissime, & mihi aliquando quid in re nostra egeris quam tibi non minus q̃ mihi curæ esse scio rescribe, measq; lituras ab omni ornatu uerborũ, grauitate sententiarum, stili elegãtia longe remotas æquo animo susci pe, etiam atq; etiam rogo obsecro, obtestorq;. Ex Steten uel Aurelia potius vi. Nonas Octobres. Anno salutis. M. cccc. lxxxiiii.

Exemplum Epistolæ uxoris Comitis Eberhardi Senioris ad Cardinalem Mantuanum quam citauit Epistola præcedens.

REuerẽdissime in Christo pater ac dñe, dñe frater mi singularissime humili recõmendatione parataq; semp obsequendi p̃missa affectiõe. A. N. famlo meo fidelissimo p̃cepi, quomõ

frater ipsius nomine. N. negotia aliqua erga Sanctissimũ expedire habeat, ut D.v. ab ipso latius intelligere habet, & propterea me supplicauit eum erga. D.V. promotum habendo. Cum autem tempore uitæ suæ mihi & legitimo meo suis seruitiis semper diligentiã sum mam erga nos exercuit. Ea de causa. D.V. intime implorando, eiq; fratri. N. in suis factis erga Sãctissimum subuenire uelitis. In hoc mihi rem gratissimã .V.D. faciet, quam Christus fœliciter & longeue conseruet. Datum oppido meo Grüningen secunda feria post Bartholomæi apostoli. Anno &c. lxxx quarto.

Barbara filia & seruitrix uestra.

Bernardus Adelman de Adelmansfelden
Ioanni Reuchlin Phorcensi.

SAlue amicorum optime. Nuper literas tuas accepi, quibus me q; nihil in lucẽ nec scribendo nec dicendo tãquam Monachus inglorius proferã satyrico more ut scribis arguis, facis quidem more præceptorum uir optime, qui non parum laudis sibi ex discipulorum suorum profectu usurpare solent. Neq; me (ut uerum fatear) adeo alienum esse a laude existimes uelim, ut si quid in me scientiarum saltem minima laude dignum esset, utriusq; nostrum gloriam mea ignauia supprimi committerem. Verum ut uerbis facetissimi poetæ tibi respondeam. Qui sua metitur pondera ferre potest. Ego quidem meipsum intus & in cute noui, ac hoc unum scio me nihil scire, neq; te a quo imbutus sum ac prima (ut ita dixerim) elementa hausi culpauerim. Cuius fidelissima præcepta nunquam mihi defuere. Sed quot frustrentur qui res arduas inuita Minerua aggrediuntur, non est meum nunc scribere, quare hæc missa faciamus, cum seipsum laudare uani, uituperare stulti hominis esse soleat. Quod translationem Vallæ in Iliade Homeri petis, libẽtissimo tibi pro meo in te amore operam meam nauarem, modo apud me translatio illa esset. Ne tamen omnino me tuum desyderium neglexisse existimes. Mitto tibi traductionem Nicolai de Valle, quam iam pridem Romæ emi in nonnullis libris Homeri, quæ non mediocriter commendatur. Audiui tamẽ nuper totum Homerum a Ioanne Episcopo Quinqueclesiarũ Hungaro translatum in carmine esse, qui quantum in uersu ualuerit temporibus nostris, sciunt omnes qui eius carmina & legerint & audiuerint. Quam

quidem translationem si habere possemus, crediderim ego eam & iucundiorem & utiliorem cæteris fore. Vale ac mihi aliquando rescribe. Ioannemq; Chrysostomum si habes in aliis operibus q̃ omniis ac sermonibus cum tabellario præsenti uti pollicitus es mitte. Et si quid a me quoq; requiris, tuus explorare quod optas labor, mihi iussa capessere phas est. Iterum uale iiii. Nonas Nouébres. Anno salutis. M. CCCC. lxxxx. Aistadii.

Conradus Adelmannus nobilis Canonicus
Ioanni Reuchlin Phorcensi.

SAlutem dilectissime Reuchlin. Accepi literas tuas quæ mihi iucundissimæ cum ob earũ ornatũ & cõdecentiam, tũ etiam propter nostrã iam inueteratã familiaritatem fuerunt, Et quod me de Bessarionis libro admones. Scias me superioribus diebus Aureæ apud Bernardum nostrum fuisse. Et si nuncius nõ defuisset, adduxissem eum mecum. Spero tamẽ breui me fratrem reuisurum, sicq; librum eum adducam, quem postq̃ reuertero apud me inuenies. Vale, & q̃ desiderio tuo nunc quidem satisfacere non potui, mihi da ueniam, ac tuum Conradum non alio erga te animo esse q̃ semper fuerit tibi persuade. Ex Eluangen xxvi. Aprilis.

Hyuo Brittannus de Alnetomenguidi Grammaticus
Aurelianensis, Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

VIx tandem reptus est nuncius (mi Ioannes) cui posses ad nos literas cõmittere, cuius tñ aduẽtus mihi q̃ iucũdus extiterit, nec ipse satis exprimere possum. Augebat eñ quotidie falsa quædã de te tuisq; rebus opinio. Gaudeo igit̃ quẽ mortẽ obiisse formidabã, nõ animo tũ & corpore, qd̃ ipsum est maximũ, sed rebus quoq; & fortunæ bonis (ut aiũt) ualere. Id nũc restat, ut intermissũ scribendi officiũ inter nos reuiuiscat. Ego qdem id plurimũ desiderabam quo grauius mihi fuit tuũ adeo diuturnũ silentium, fac igit̃ ut re nunc experiar quod uerbis frequentissime & literis iam deniq; pollicitus es. Quæ apud me deposita sunt, eodẽ hactenus loco manserunt quo ipse obfirmasti, parataq; tibi erunt ubi nuncius aduenerit. Pædagogum illum postq̃ tuas mihi reddidit literas, nusquã uidi. Intellexi tñ q̃ locũ habitationis prudenter elegerit apud magistrũ Iacobum de Donon. Non est tibi forsitan notus ipe Iacobus, Papiæ siquidẽ tum studebat cum tu apud nos eras. Vir est præstanti libera

tura & sciētia,& mihi pariter amicissimus. Res nostras si nosse uelis, mortem obiit charissima quondā uxor mea, piorū utinā iūgenda consortio, Consilio tū amicorū uel si mauis cōsuetudine ipsa uiuē di coactus secundā duxi, ex honesta nec parū antiqua Aurelianen sium familia. Quod si ut nunc sunt res nostræ in posterū regantur, nihil est q̄ de fortuna conqueri ausim. Det utinam summus ipse pa rens prosperum uitæ cursum, exitumq; fœlicem & nobis & nostris. Vale uir literatissime. Ex aurelia urbe pridie Kalendas Decembres Anno. M. CCCC. lxxx tertio.

Petrus Iacobi Arlunensis Iuris utriusq; Doctor,
Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

CRebris meis ad te literis q̄ respondeas nihil, totū te Pythago reū factū putarē, nisi apud A. Gelliū in suis cōmentariis lecti cassem Pythagorā loquēdi nō etiā scribēdi silentiū indixisse. Deus his tuis diuitiis iratus sit, quæ non mō te tibi at amicis potius abdicarunt. An es ignarus quantū studiū, quantā curam, quantam deniq; sollicitudinē in rebꝰ olim tuis præstiterim, sed de his satis ac super. Non diuitias tuas sed literas peto, quas tandē probris excan descēte stomacho extorquebo. Quare id assidue cogites uelim (sic enī Petri te tui ne utiq; capiet obliuio) q̄ Archidamus Agesilai cū a Philippo asperiorē accepisset epistolā respondit, si umbram tuam metiri uolueris (inquit) haud nunc maiorem eā inuenies q̄ess et añ uictoriā. De libris tantisper scribo nihil, donec id qd̄ sæpe a me peti tum est quibus careas certiorem me effeceris, ne noctuas Athenas mittam. Rescribe igit̄ si aliud non habeas huius meæ epistolæ in or thographia peccatū. De literarū figura nihil ad Rombū, quando quidem Quintilianum scribendo prope serpētes pinxisse gloriam ex eloquentia sibi non elementorum figura peperisse constat. Da tum Papiæ Anno. lxxxviii. Kalendis septembribus.

Petrus Iacobi Arlunensis; Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

QVod nihil meis proximis ad te literis respōderis, quid causæ sit diuinare nō possū, succēsesne fortasis mihi, q̄ nihil librorū græcorū miserim, iuste facis; at tu uola sine pennis, qñqnidē in aere piscari me iubes, & uenari iaculo i medio mari Ego certe oim librariorū apothecas preptaui, tusquā inueni libros græcos, græcorū uero liberos multos. Adii quoq; interpretes ipsos

quibus præceptorib⁹ utor, qui illam tuam græcorum librorum copiam mirum in modum ſtupent. Miratur hanc tuam copiam græcorum librorum totius Italiæ facile princeps Georgius Merula, qui ex Catalogo tuo iudicabat te libros habere, quibus ægre & ipſe & multi p̃ſtantiſſimi græcarũ literarũ ſtudioſi carerent. Si uis uocabularium græcum, ſi grammaticam Chryſoloræ græcam, fac ne ignorem, quo noctuas Athenas mittam. Credam te non ſuccenſere ubi tibi rem ſuperiore mea epiſtola q̃ planiſſime ſcripſi; at potius calami uetuſti inopia nihil ſcripſiſſe. Quare ad te mitto optimos ex tercentum delectos quos magno ære comparaui, eos ut tibi dono darem, ne ſuauiſſimis tuis epiſtolis carerem. Vale, & fac ut fideli ſis fidelis. Data Papiæ Kalendis Martiis.

Petrus Iacobi Arlunenſis, Ioanni Reuchlin Phorcenſi. S. D. P.

SVauiſſimis tuis literis mirifice ſum delectatus. Velit deus optimus maximus ſemper tibi ſcribẽdi occaſionẽ oblatum iri, quo uel me uel te in hiſtoriis reddas doctiorẽ. Quid eſt qd̃ ſcribiste me cõmonefacere ne obliuioſos imiter coruos. Vtinã tam neceſſario maxime uitæ bono, natura me coruis memoriæ acrimonia intelligentiaq; æquaſſet. Legimus em̃ apud Pliniũ naturalis hiſtoriæ facile oĩm principem libro. x. de coruo qui mature ſermoni aſſuefactus, omnibus matutinis euolans in roſtra forum uerſus. Tiberiũ, deinde Germanicũ & Druſum Cæſares nominatim. mox tranſeuntem populũ Romanũ ſalutabat. Quare tibi perſuadeas uelim me in re tua conficienda coruinã & memoriã & intelligentiã habuiſſe, Plinium quẽ ad te dem, apud librarios offendo nullum, uoluptate Strabonis nõ fraudabo ingeniũ tuũ, q emptus nõ tuo ſed meo ut recepi precio. Neq; em̃ omnino is ſum qui uerba rebus patiatur eſſe cõtraria, quotidie qui ſeſe ad te perferat nunciũ expectat. Georgius Heller pernegat idſe cõmode facere poſſe. De Tito Liuio nihil adhuc certi habeo. Nauabo tñ operam ut is quoq; bibliothecã conderet tuam, qui uelut apud diuinũ Hieronymũ legimus, ab ultimis Hiſpaniæ Galliarumq; finibus eloquentiæ dulcedine, plæroſq; nobiles ad ſui contemplationẽ traxiſſe prædicatur. In quo comparando corui utiq; memoriã, nõ uero Coruini Meſſalæ oratoris, qui ut Plinio libro eius, vii. placet, ſui nominis obliuiſcebaꝫ habebo. Ad hæc

doctor egregie, si qua alia in re mea tuæ erga me benevolétiæ opus fuerit opera, ne me lateat obsecro, nullã profecto rem neq; tam magnam, neq; tam paruã putem, quæ mihi aut difficilis aut parum me digna uideatur. Quippe omnia quæ in tuis rebus agam nõ laboriosa mihi sed honesta uidebuntur. Nullũ me Hercle in te officiũ sine maxima culpa uideor posse prætérire. Vale. M.cccc.lxxxviii. Kal. Ia. impia iurandi forma.

Petrus Iacobi Arlunensis. I.v. Doctor præpositus in Baknaug, Ioanni Reuchlin Phorcensi. S.D.P.

LEgi summa cũ uoluptate luculétissimã tuã ad Diuũ Alexãdrũ oratiõné, Qua in defensiõe iustissimi Prícipis sacerdotii defensoris ita euectus es, ut nemo esse queat q eũ p te cõstanter defensum neget. Gaudeo mihi, gratulor ecclesiarũ causis, q tantũ principem nõ oppressoré ut multi, sed acerrimũ uindicatoré habeamus. Cupio oino atq; id ex te cõtendo, ne me hui9 elegãtissimæ oratiõis copia fraudes, at poti9 perpetuũ tuũ in me amoris monumẽtũ manu excribas, Ego nũc equũ abiturus cõscẽdo, post triduũ rediturus, tu interea charissime frater fœliciter Vale, Q d' si scirem te me hac tua oratione priuaturũ, uterer in ea iure tuo, qui ea soles lege aliorum capere libros, ut si tibi placeant, restituas nunquam.

Ioannes Molitorius. I.V. Doctor, Badensis Decanus, Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. P. D.

ACcepi iam pridem egregie doctor suauissimas tuas literas, q bus mihi non satis digno humanissime gratulatus es, quæ lõge maloré mihi attulissent iucunditatis usurã, si me nõ adeo linguæ græcæ doctum existimasses, ita eñ usu uenisset ut eam uoluptatem quam non solũ in uerbis Hippocratis, sed & aliis q busdam reconditam puto, amicissimo tibi uiro communicasses. Cui pene omnia elementorum græcorum nomina iam dudum excíderant. Fac igitur quæ tibi remitto græca ad me traducta rescribas, & ego tibi quom primũ ad me diuerteris, cũ iis quæ a me aliq̃n cõmodato cepisti, quod tuum est reddam, simulq; pulcherrima quædã græca prouerbia, a me tamẽ minime intellecta ostendã. Scribis te ignem diutius cõtinere nequiuisse, & id huiusce modi græca sententia comprobas, quã ego nõ calleo Νῦν ἔτνεων ἄγχέρωτα ζωρὶς θεὸς Sed nec Hippocratis uerba i hãc formã a te scripta Μακάρεσσι δ' ἤμοι; ὁκόσοι ἴσασι τοὺς ἀνθρώπους ἔρματα αὐτῶν ἢ ὁρὶς πύργους ὀρὶ τὰ τείχεα ἀλλὰ

σοφῶν ἀνδρῶν σοφὰ σπερμάτων. Vides qua sim imitatione in formandis his characteribus usus, facileque cognoscis, quam sit græcarum literarum ignarus, qui eas nunquam ne in minimo quidem didicisse uideatur. Vale, anno M. CCCC. lxxxviii.

Adam Frei Phorcensis, Cantor ecclesiæ collegiatæ Cancellariusque Badensis S. D. Ioanni Reuchlin LL. Doctori.

LIteras proxime ad me datas, eximie Doctor, fraterque obseruandissime, & si aliquātulum me quum in suscipiendo Badensis Cancellariæ officio meum statum clericalem pluribus, ut ais, commiscuerim secularibus negociis increpent, tamen mihi iucundissimas fuisse certo scias uelim, cum ꝙ in causarum Stutgardiensis consistorii strepitu, mei memoriam habueris, tum ꝙ meis in laboribus diuina ne negligant hortatus sis, quod non ab infido ac parū prudenti, sed ex fideli longeq; in futurum prospiciēte aio prodiisse plane accipio, agoq; tibi gratias utinam dignas. Sed hoc unum, mihi credas, uelim, si ea in re illis principis dominiq; mei clementissimi uoluntati mea potuisset optio mediis cōgruis restitisse, tuæ literæ nihil loci corripiendi mei reperissent. Nam qui me eum honorem, uel laborem potius aut si mauis commodum quod inde sit ambiuisse uere dicat, uiuit omnium nemo. Nihil enim aliud hactenus cupiui, & adhuc cupio, q̄ eam agere uitam quæ beneficiatum deceat. Verū hac in re longe aliter meo iudicio sentio q̄ plures comitis Vuirtembergensis curiales in sacris constituti (quod pace eorum ad te scribo) præ se ferunt, a quibus inuehendi aduersum me non arbitrabor te. sumpsisse exemplar. Sed digito compesco labellum, ne alios arguendo uidear meipsum reprehendere, quandoquidem officium calami susceperim. At suscepi, non eo tamen animo (certiorem te reddo) quo tu putas ut perpetuo scribam, sed ut aliquandiu alterius uices geram. Et pro beneficiis mihi a præfato illustri principe collatis gratias, si quas potero referam. Reliquum est ut officio atq; opera mea & si parui precii sint, pro tua uolūtate utaris. Vale xii. Calend. Martias. Anno M. CCCC. lxxx nono.

Erhardus de Vuindsberg Doctor & Miles, Ioanni Reuchlin Phorcensi S. D.

FVit hic apud illustrissimum meum principē Alberthū Ducem Saxoniæ Venator Vuilhelmus Geis, camē odorum pricipis tui dono afferēs. Non potui igiē doctor præclare tuam dignationem non facere consalutatam. Vtinam tu mei tam memor q̄ ego tui. Scripsisses profecto ad me de musarum tuarum fonte, aut de pō pis illis regiis ac Cæsareis Frācofordiæ, Agrippinæ, & Aquis Grāni nuper in coronatione Romanorum regis Diui Max. æmiliani celebratis, re oratore & me quoq; medicorū minimo p̄sentibus. Quod si quis post hac tam propitius tibi nuncius occurrerit, noli precor sinere, & ad me de Aquis Grāni quid ex uetustate sentias rescribe, principi etiam tuo illustri quem Comitum Germaniæ nostræ decus existimo, me commendatū facito. Tu uero meus esto quemadmodū ego tuus. Neq; nouum asperneris militem me Diui Caroli ense cœlitus sacrato percussum, qui & si ex Ventimōtanorū de Vuindsperg familia olim strenuissima, nunc obscurata, nouus resurgere Miles attentauerim, Sum tamē & ero semper tuus, omniumq; doctorum virorum deditissimus. Vale fœlix. Ex Mysna arce Labyrinthea. Die Magdalenes. Anno. M. cccc. lxxxvi.

Andreas Schenck Doctor & Miles Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

HAud existimasse Coloniēsem amiciciā aliquo locorum interuallo intercipi aut remitti potuisse, q̄ si ex animo meo euellere uelis opinionē, fac ut aliqñ tuas intuear literas, Ioannes Harscher tui amātissimus defert ad principē tuū orationē a me uenetiis pro pace habitā, illā principi legito interpretatoq; Si quid barbari incōptiq; in ea inuenies, tua ex officina amici honori consules. Vale. Breui me te uisurū spero, Vxorē tuam mulierem honestissimam meo nomīe salutato. Ex Inspruck xx. Februarii. Anno. M. cccc. lxxxviii.

Theodoricus de Pleningen Doctor & Miles auratus Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

ACcepi pridie tuas elegātissimas literas eruditissimisq; sententiis plenas, & ut paucis concludam erga Plyniū humanas ac Reuchlino dignas, in qbus mihi summope gratularis. Faustūq; ut sit optas, q̄a diuo Cæsare nostro clarissio militiæ cingulo ornatus. Equestriq; ordini inscript⁹ sim. Addis, & uere quidem, & si

magna sint, facile tñ cassura, nisi Homerũ aut Ennium aliquẽ amore prosequar, qui facta mea (alioquin ut cætera Germanorum præconia quotidie moritura, perpetuæ memoriæ ac immortalitati donet. Amantissime mi Reuchlin q̃ pro tanta tua erga nos humanitate me factaq̃ mea tãtopere laudas, pii amici officio fungeris, qui amicorum gesta etiam mediocria ob feruentem affectum altius extollere ac clariora reddere conatur. Verum quamuis me non ex merito sed ex tuo affectu quo me prosequeris laudari a te sentiam, tãtum munus amici mei si sperneré ingrati animi fore iudicarem, si acceptarem, petulantis superbi ac minime meriti. Tibi igitur qui & iuditio & autoritate inter Germanos polles hoc onus iniungo, ut tibi Plinios tuos ob ueterem consuetudinem nostram, & maxime clarissimum Germanum meum Ioannem Plinium paucis scriptis posteritati commendes. De me quid agendum, quoq̃ sim dignus tuo iudicio relinquens. Nam tu inter Germanos nostros hodie (uera loquar) Homerus ac Ennius noster merito unus censendus es. Calamo autem tuo singula moderare, ne ob amorem quid de nobis clarius q̃ gesta nostra protestentur scriptum arguatur. Sed quid te admoneo tibi omnia antea uti Homero nostro cognita patent. Facito igitur ut exteri quoq̃ (nam alio mihi testimonio opus non est) intelligant Pliniorum familiam in amicorum tuorum numero fore. Sed minus te barbarie hac & rustica epistola mea molestarem, nisi te scirem uti amicũ excusationes meas paratas præ te ferre. Quod ob principis mei negotia quibus profecto singulis horis obruor literis bonis incumbere non ualeo. Nec me bonarum literarum expertum, sed peritorum uirorum amatorem & admiratorem profiteor, qualem te hodie inter Germanos sine adulatiõe crede mihi loquor, unicũ nosco. Tua igitur humanitate Plinium cum reliqua indocta turba excusato. Tabellarius tuus festinat, quare finem faciam. Tibi polliceor promittoq̃ te ueterem amicum ex animo meo nunquam deleturum. Illustrissimoq̃ principi meo ex tuis uirtutibus atq̃ benemeritis diligentissime commẽdaturum. Vtinam tu mihi adesse posses ut sepius doctum uirum differentem audirem. Nemo enim quo cum ego uerser præsto est, Vale. M. D. viii. Pridie Nonas februarias.

Martinus Breminger Iuris doctor, Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

HVmanissime uir. Alcinoi cōpendiū & id reliquū qd' adiunxeras nunc ad te remitto, uident' em̄ huiusmodi opuscula satis diu apud me hospitata fuisse. Cæterum ex Luciani operibus traductam habeo, primum eiusdem orationem de calumnia. Deinde Necricum Dialogum Charonis & Mercurii. Tertio Dialogum qui illustrium philosophorum uenditio uitarum inscribitur. Ne plura scriberem dominica negotia impedimento fuerunt. Itaq; Vale, & me (ut facis) ama. Ex Constantia xxvi. Septēbris. Anni a natiuitate Christi ana M. CCCC. lxxxviii.

Ioanni Reuchlin Phorcensi præclaro tum philosopho tum Iurisconsulto, Martinus Vranius S. D. P.

MItto ad te humanissime uir non solū diuinū Iamblichū, sed etiā q̄dam Proculi in Alcibiadē atq; Synesiū de insomniis, ea tñ lege, ut breui ad dñm reuertantur. Esset nanq; longa ipsorū absentia mihi admodū grauis futura. Fœliciter vale, & te in eis oblectare. Ex Tubinga prima Decēb. die. Anni. M. cccc. lxxxxi.

Ioannes ex Lupis de Hermansgrūn, orator Maidburgensis, Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

PRimam & secundā Philippicas Demosthenis, quas ex græco in uernaculam linguam nostram uertisti illustris dux de Vuirtenberg legendas mihi tradidit. Conueniunt omnino tpi & ad rem faciunt. Vtinā principio huius congregationis unicuiq; principum istas tuas translationes misisses, sed forte fecisses uerba ad uentrem carentem auribus. Ego nimia facietate rerum apud nos gestarum teneor, piget non modo scribere, sed etiam meminisse quid tā to tempore egerimus. Vidi literas quibus nonnihil indignari uideris, q̄ nemo de iis quæ hic fiunt ad te scribat, immo si sapis habe nobis gratias q̄ nihil scripserimus. Ego enim cum uiderē rempin summo periculo & discrimine, existimabam nihil expedire de iurgiis, simultatibus, factionibus, odiis, p[illegible]atis commodis, præterea tanta superbia atq; auaritia ad te hominem omni uirtute ornatissimum scribere, uolui animum uirtutum studiis occupatum istis negociis molestare. Sed modo cum subiit animum meum, pulcherrima spes libertatis & imperii conseruandi, nō dissimulabo ulterius de Reip.

ſtatu ad te perſcribere. Et quidem multo tempore fruſtra laboratũ eſt non ſine maximo metu, ne re infecta diſcederemus, quod atrociſſimũ uenenũ nr̃æ Reipub, fuiſſet, uerũ diuino auxilio & quorundam illuſtriſſimorum clariſſimorumq; uirorum frequẽtiſſimo labore, cura, diligẽtiaq; tandem in uiam reuerſum eſt, ut iam ſumma concordia ordinum, omnes Rempub. ſaluam & cupiant & uelint. Ego ſemper exiſtimaui imperio noſtro nihil periculoſius triſtiuſq; ciuilibus & inteſtinis bellis contingere poſſe. Incendio uero domeſtico reſtincto, ubi recto ordine uiuere & conſiliis rem agere uolumus, nullarum gẽtium arma nobis metuenda eſſe. De rege Galliæ nulla nobis amplius cura eſt. Proinde nihil de hac re ſcribam. Dux Eberardus tuus, immo meus, forte aliquid gallicæ eloquentiæ ad te mittet. Nos ex illis altitudinem animi in Gallo, & ſapiẽtiam in filio gallinæ miramur. Vale.

Ioannes Reuchlin Phorcenſis S. D. P. Ioanni ex Lupis de Hermanſgrun.

NOn potuit abs quiuis homine iucundius mihi renunciatum eſſe, q̃ te in Vangionibus legatũ ferre, quẽ & audiſſem antea Põponio p̃ceptore literas expiſcatũ. Deide uſq; in palæſtinã mari terraq; fuiſſe uerſatum, ut haud iniuria de te ſicut de Vlyſſe p̃dicandum ſit, q̃ multorum hominum uideris urbes, & ingenia noris. Ergo me non fruſtratur opera mea ingens & aſſidua in q̃rendis optimis uiris. Idq; gaudeo admodum meæ fortunæ. Soleo enim ſæpe inter quãplurimos odorari atq; ſeligere de nobilioribus unum, quo cum literæ me iungant perq̃ familiariter, is tu es ipſe nunc. Cuius nomen in laudatiſſimorũ numerũ refertur, profecto perlibẽter & cum ſingulari quadam animi uoluptate audio tales ad noſtram Remp. & Germanorum gloriam reſtaurandam accerſiri legatos, quorum ante acta uita domi belliq; clara ſit. Neq; enim Centauros uolo, nec Androgynos; id eſt, nec agreſtes tantum, neq; ſolum comptos, ſed homines ſimul & manu & lingua potentes, hi nimirũ profuiſſe magis uiſi ſunt, quã aut ſoli togati, aut ſoli ut poeta cæcus ait bene ocreati. Sic Neſtor ille ſenex a laudato uiro iure laudabatur, q̃ & orator eſſet, de cui⁹ lingua melle dulcior ſtillabat orõ & ſimul q̃ acerrimus quondam pugnator cum optimis certatoribus Pirithoo, Dryante, Cœneo, Polyphemo, Theſeoq; manus conſeruerat.

Homery.

Quapropter idem in exercitu plus cæteris & consilio ualuit & sapientia. Cunq; iterũ ad Troiam magnus mittetur Achilles, iterũ mea sententia consulendi sunt, non Therſitæ, sed Neſtores. Admirabile hominibus uideri potuit, te talem uirum tam ſtrenuum armis q̃ literis doctum ex illo Dmoadum pyrgo, id eſt puellarum arce quam Maidburg uocant proceſſiſſe. (Græci nanq; Dmoadas appellãt puellas ancillares, quas ſermone uernaculo per aphæreſin ſeu Endian prima litera ſublata Meid dicimus, & pyrgon burgum, ueluti pyxos buxus) Itaq; ut redeam, admirabile potuit ſenatui populoq; uideri talẽ legatum abs quadam puellarum aula miſſum eſſe. Quarum Venus ſit dea, non Mars. At meminiſſe debuerant Bellonam in uatũ oraculis uno cognoie Palladа Minerualem dici, haud ſine prudenti myſterio. Quod uirum fortem atq; pugnacem non ſolum robuſto uerum etiam culto corpore ac mente perſpicaci deceat eſſe. Id tu nolis uelim aliter atq; ipſe ſenſerim accipere pro animi ſilicet tui bonitate liberalitateq;. Tantum ut cognoſcas optare me in amiciciæ tuæ penetralia ſeceſſum ire. Quod ſi reſcriptis tui ſenſero ego quidem recte ualebo, & ut tuipſe quamoptime ualeas opto. Ex Tubinga Idibus Iuliis. Anno M. CCCC. lxxxv.

Ioannis Reuchlin Phorcenſis ad Ioannem Lycæum uulgo ex Lupis de Hermanſgrun Carmen.

Hortaris facili committam nomina Muſæ
Clara ducis nuper, qui fuit ante Comes
Parce precor, neſcis circum mea pectora frigus.
Exigis a minimo rhetore magna nimis
Preſſula ſæpe leui modulamur carmina plectro
Quæ noſtra nimium garrula fauce uolant.
Aſt ego dum memini querulos ita ſtridere uerſus
Auribus indignum ſpongia ſorbit opus
Pectus habes noſtrum, gelido quod ſanguine friget:
Irretire poteſt, altera noxa lyram
Cernere multa ſoles, tibi multa Lycæe uidentur
Digna ſub antiqua poſteritate legi
Vangionum celebri tu conſpicis omnia circo
Reges atq; duces, ſigna, trophæa, choros
Splendentes procerum Muſis comitantibus aulas

Ipſe canas quia nam grandia quæq; uides
Me domus & tecti laquearia ſarta uetuſti
Me teges umbroſi culminis atra tenet
Muſſito,uel factis dirimo quandoq; diebus
Iurgia cerdonum,ſic mea geſta capis
Quid nec uiſa notem chlamydati pægmata regis
Seu celata mihi,Sueuica ſpectra Ducis
Ilias illa meæ gentis,ſcribetur in undas
Hiſtoriæ Zephyrus nomina uana feret
Semper enim fugiunt muſas Nicer atq; Bacenæ
Et nequit in Sueuis uatibus eſſe locus.

Bermetomagum Menſe Sextili
Anno M. ccec. lxxxv.

Ioannes Reuchlin Phorcenſis. S. D. Ioanni ex Lupis de Hermanſgrün in ſplendidiſſimis Imperii Romani Comitiis apud Vangiones oratori Maidburgenſi.

NI memoria teneré e binis tuis literis perpetua me obſtrictũ lege non tm̃ diligendi, uerũ etiã amandi tui ut iam mihi futurus ſis alter ego,inuideré utiq; tibi tot noua quæ uobis quotidie iſtuc afferuntur,modo auditu, modo uiſu digna. Primũ illud neſcio quid de ſtrage Gallorum & ei9 regis difficili ſalute cæſis Inſubribus obtenta.Tum aliquem militiæ Venetæ ductorem nõ ſine ſuorum interitu interfectum.Deinde Parthenopeium regnatorem Neapoli reſtitutũ. Quo mihi quidem uideri debeat illud perq̃ uenuſte cecidiſſe, quod abs te quoq; animaduerti potuit,ut ab inſultu hoc quem deſtinauimus.Imperio noſtro quieſcendum ſit. Heus tu num id ita putas?an forte ſemper belligerandũ eſt. Tu tamen prudentiſſime facies,ſi ad pacem quæ conducant perſuadeas,ſed terret exteros forſitan inquies horribile hoc examen Germanorum.Equidem non ſum neſcius quin contineri ueſtris finibus ægreferatis,maxime cum non ex fortuna ſed ex uirtute pendeamus, Sola recordatio Germani nomini s,una illa regis noſtri cõfœderatio, uel minimus iſte rumor armorum Teutoniciq; apparatus,tantis ictibus Regem Galliæ pulſauit,ut fugæ auxilium is tandem commodius ſibi duxerit.Quid agitur? Ceſſabimus?an non fruamur facultate noſtra illa inclyta ſtipati multis fortiſſimis atq; optimis uiris. Sed caueſis

ad ſcopulum impingas. Audi q̃ benigne mecum his diebus actũ ſit, nam cũ iſtic tecum e ſodalibus, & quod aiunt amicis meis inuentus eſſem, tam præſenti ac tam pio humanitatis officio præditus oim nemo qui neq; de rebus illis nouis in Italia pridẽ geſtis, neq; de Comitiorum ueſtrorum ſpectaculis illuſtribus me tecto & umbra domi commorãtem aliqua ex parte faceret certiorem, hanc mihi moleſtiam percogitans acceſſi ut ſæpe ſoleo Apollinem meum illum poeticum, quem ubi cithara demulſi pro more proq; dignitate perquiro tam ſeriem geſtorum Italiæ q̃ finem gerundorum, ut qui humano caream ſolatio, non etiam deſtituar diuino. Hæc ego tecum pro amiciciæ nup̃ initæ legib⁹ & arctiſſima familiaritate loquor. Offert ille iſtis meis oculis & his manibus librũ Iliados Homericæ Quintum, his mihi uerſibus (Semper enim uerſu Apollo edidit) ita reſpondens. Si cupis Italiæ uel prælia Gallica noſſe. Confer huic libro clariſſima nomina gentis. Inter legendum igitur omnem uim belli totumq; præliũ, de quo iam tanta fama eſt. Ego ipſe quaſi non ſolum affuerim, ſed & interfuerim quoq; aſpiciens. Comperi Pallada Minerualem Diomedi aſtitiſſe. Venerem uero & Apollinem Æneæ Hectoriq;. Porro Diomedem profligatis hoſtibus etiam Veneris manus grauiter uulneraſſe. Deinde fœdus cum Troianis Martem percuſſiſſe illũ terribilem deum. Quem tibi Diomedes Troianis coniuraſſe perſenſit, a bello ſecedens fugam cogitauit. Rurſus Pallade confortatus, Martem quoq; tanto impetu ſauciauit, ut niſi ſit deus, eum forte neci dedidiſſet. Singula tuipſe ſi uoles cum utriuſq; noſtrum amantiſſimo Antiſtite Vangionum Camerario Dalburgio fœliciter perlege. Is enim Homerum habet totum, ne ego moroſus nimium uidear aliquam tuis auribus moleſtiam afferre. Qua eñ es doctrina, quo diuino ingenio facile intelliges quid cui conferendũ ſit, Eneadæ aũt ſunt Italici gente ſub Hectorea tercentum annos gubernati. Diomedes a Iouis id eſt dei cura chriſtianiſſimum principem deſignare putatur. Martem noſtro regno tribuũt Venerem a maris ſpuma Venetis. Mineruam Palladicam Gallis. Sic eñ Hieronymus contra Vigilantium ſcripſit. Sola Gallia monſtra non habuit, ſed uiris ſemper fortibus & eloquẽtiſſimis abunda uit. Cætera tuæ mãdo induſtriæ, utq; ualeas, meq; ames opto. Ex Tubinga viii. Kalen. Sextiles. Anno. M. cccc. lxxxxv.

Ioannes ex Lupis de Hermansgrun Orator Maidburgen
sis S. D. Ioanni Reuchlin Phorcensi.

OPportune mihi literæ tuæ aduenere mi humanissime Ioan nes, multis enim diurnis nocturnisq; laboribns fatigatũ me mi rũ in modũ recreauere. Et ꝓfecto nil antiquius mihi cõtin gere potuit, q̃ epistola tua, quã semp in manibus gesto, & qua soleo uti pro portu negotiorũ, quotiens em aut fastidio rerum aut multi tudine negociorum obruor, totiens ad tuam epistolam tanquam ex alto in portum recurro. Non satis neq; legere eam, neq; mirari possum ingenium tuum, q̃ tam apte Quintum Iliados illis Italiæ & Galliæ motibus Germaniæq; minis cõparauit. Respexi non sine summa diligentia chartam quam literis exarasti. Et sicubi uel mini ma litura auri apparuisset, crederé Apollinem ipsum suis manibus aureoq; calamo illam descripsisse. Multis doctissimis uiris ipsam le gẽdam dedi. Etiam Antistiti nostro delitiis humani generis. Quod autem nemo de rebus aut Italiæ aut nostri status ut significaste red dit certiorem, alio tempore quantum ad me attinet tibi scribam, Illustris Dux de Vuirtemberg iussit ut ad te scriberé, dixitq; se nun cium propere missurum. Ego cupiens etiam præuenire iussionẽ, ut non tam celsitudini suæ q̃ & officio amiciciæ nostræ satisfacere ui derer. Scripsi hæc qualiacũq; raptim inter loquendum, & in senatu & calamo chartaq; aliena. Auxilio episcopi Vormacienſis impetra ui fratri tuo quod dam beneficium uel præbendam a Duce nostro Vuirtembergẽsi, qui mihi omnibus principibus non modo nostri temporis præferendus, sed & priscis clarissimis & illustribus uiris comparandus merito uidetur ob uirtutem. Tibi pro nostra amici cia gratulor, dignum principem quem immortalitati cõsecrare & uelis & possis tibi obtigisse. Vale, & me quod facis ama. Ex Benna co pridie idus Augusti. Anno. M. CCCC.lxxxv.

Ioannes ex Lupis de Hermansgrun, Ioanni
Reuchlin Phorcensi. S. D.

DVm Pragæ apud Sereniſſimũ Hungariæ & Bohemiæ regẽ legatiõis officio fungerer, & inter Scythicã prolẽ ꝓpter lin guæ durioris impitiam nõ nihil tedii haberé, aduenit nobi lis & præstantissimus Gottofredus de Adelshaim & ipse legatus, de cuius aduentu mirũ in modum sum gauisus. Reputabam enim me

ſuperis curæ eſſe, qui ſua benignitate me ne in Scythia quidē docto
rum uirorum conſortio priuare uoluere. Facerem te his literis cer
tiorem de Regio apparatu ſplendidiſſimi & magnificentiſſimi Re
gis, niſi Gottofredum noſtrū ad te proficiſci cognouiſſem, qui mul
to elegantius tibi c uncta narrare q̄ ego ſcribere queat, Vt tamen la
borem ſcribendi amoris tui cauſa non omnino fugiſſe uidear, Ex
cerpſi ex quadā epiſtola nudius tertius ex Hungaria feſtinātiſſimo
nuncio huc miſſa, quædam licet triſtia de Thurcis, quæ in hac ſche
dula cōtineri uidebis. Dominus deus ada periat principibus noſtris
tandem aliquando oculos, ut uideant commune periculū, & cogi
tent qua uia & modo incendium prius quā ad ſe ſerpat extinguant.
Age quantum in te eſt & uiro & chriſtiano homine digna, tibiq; &
omnibus bonis perſuade, nullum periculoſius atrocius neq; maius
bellum Thurcenſi, nobis nationi imperioq; & fidei noſtræ immine
re, Licet multi contemnant, multi deliciis luxuriæ & gulæ dediti il
lud fugiant. Mihi tamen crede neceſſitas pugnādi aliquando cum
pœnitudine cōtinentes fugientesq; inſequetur. Ego uel forti pul
chræq; defenſioni uel honeſtæ morti locum inueniam. Tu vale, &
me non minus quam ego te oculis incognitū ama. Iterum uale, Ex
Praga xxvi. Menſis Martii M. cccc. lxxxxvii.

Bernardus Schoferlin Doctor, Ioanni
Reuchlin Phorcenſi.

SI qua ſalus unquā eſt eam exoptat. Rem aīo meo amarā amba
buſq; erectis manibus cælo deflendā intimaſti, obitum uideli
cet optimi principis noſtri, qui me deū teſtor grauius q̄ dū car
nales parentes amiſi, non tam eius (qui cōmune omnibus debitum
exſoluit, q̄ patriæ uicem dolens. Quare fruſtra a me cōſilium expe
tis, qui omnis conſilii ac conſolatiōis expers ſum. Ne tamen amici
officium tibi denegem. Primum in nulla re deſperationē quæ oīni
bus humanis in rebus exitiale malum eſt amittendam eſſe. Sed ubi
humanum deficit, diuinum eſſe conſilium requirendum. Orandus
eſt creator omnium ut nouo principi noſtro mentē ſanam tribuat,
ne omnis honeſtas patriæ ruat & opprimatur. Hoc inducere in ani
mum eius fortaſſe difficile eſt, neſcio enim quibus fidem adhibeat.
Sed conduceret ut credo ſi prælati nobiles atq; priores patriæ no
ſtræ ciues cōgregarentur ſi quid ſingulis denegareſ, omnibus con

donaret,ut uel eos qui ex ordinatione iam pridem facta ad hoc de putati ſunt,regimini patriæ præponeret, uel alios dũ tamen honeſtos uiros deligeret de conſilio ſtatuũ. Credo enim neminem ex iis qui boni ſunt ad hoc officiũ niſi magno amore patriæ perſuaſum ambire. Quod ſi leues perſonas ut quondã ad hoc admiſeris. De patria & ſalute reipub. noſtræ actum atq; conclamatum eſt. Habes cõſilium iners atq; turbatũ,ita ut eſt animus meus. Sed tu pro humanitate tua crede id bono anio effluxiſſe. Si eñ utilioſa ꝓuidere contingat,tibi communicabo. Tu vale. Ex Francfordia die Lunæ poſt dominicam Reminiſcere. Anno ſaluti. M. cccc. lxxxxvi.

Ioannes Nauclerus,uulgo nominatus Vergenhans Doctor,præpoſitus in Tubingen S.D.P. Ioanni Reuchlin Phorcenſi.

SI uales,eſt quod uolo, ego nauigo. Tempora ſolis literis fallo. Tu uero fœlix mihi uideris infortunio,nõ eñ facile eſt iuxta uiperam ſecurũ ſomnũ agere,uno tamen ſolor me q̃ fortuna nil accipere poteſt quod nõ dedit, & rurſum illud cum fœnore nõnunquam reſtituit. Interim uela uentis committenda ſunt,& quod fors fert feramus æquo animo,forſitan aliquando meminiſſe iuuabit. Speroq; fore ut tibi gratias referam pro acceptis muneribus. Hiſtoria uidelicet Francorum Gaguini quam ad ſatietatem legi atq; relegi,& pridem honorandæ conthorali tuæ eam remiſi, nec deſpero te mihi alia quoq; corradere adniti. Optarem etiã abs te habere illud Luciani,ubi Herculem aurea catena ligatum ſcribit. Vale mei memor,& aliquid mihi reſcribe. Ex Tubingen. xxii. Martii. Anno M. CCCC. lxxxxviii.

Ioannes Nauclerus Doctor præpoſitus in Tubingen,ad Ioannem Reuchlin Phorcenſem.

AGo gratias immortales,& te ſaluere plurimũ opto, q̃ ut amico obſequaris,tãti principis arcana ſcrutari, & ex iis quæ illi chara uident poſcere & mittere curauiſti,hæc in me beneficia tua nulla unq̃ delebit obliuio. Ne aũt ſuſpenſam principis beneficentiã diutius teneas,librũ quem tuis ſudoribus miſiſti in præſentiarum reſtituo. Et pro refuſione laborum priorum hanc gratiam facio,ut tuis impenſis illum reddere cogaris & te liberare. Opto aũt mihi dari ut uices aliquando cõpenſare poſſim. Interim a me oñia

in te ſtudia officiaq; expecta,nõ fallam operã tuam. Quod ſi ad priora beneficia addere uelis,oro non defatigeris uenire ad me, pauciſq; diebus tuis rebus abeſſe.Habeo eñ quæ conferre tecum animus eſt.Deinde me uti poteris ut uelis.Vale fœliciter.Ex Tubingen in die ſancti Iacobi apoſtoli.Anno M. cccc. lxxxxix.

Georgius Gemminger Doctor,præpoſitus eccleſiæ Spirenſis,Ioanni Reuchlin Phorcenſi.S.D.P.

IVcundiſſimæ tuæ mihi fuerunt literæ,qbus petis ut librũ de bellis Germanicis ad te mittam,ſi huiuſmodi liber aliquis apud me eſſet,continuo ad te cõuolaret.Nihil eſt eñ quod tibi negare ob excellentẽ doctrinã tuã auſim, aut ob inueteratã amiciciã noſtram poſſim. [illegible]cor apud me eſſe epiſtolã,& ſi iudicio meo epiſtolæ modum excedat,nondum emendatã Sebaſtiani Murrhonis. Eam tibi mitto libens ea lege ut tua ſit perpetuo. Apud eundẽ Sebaſtianum opera Ioannis Camerarii Dalburgii Vuormacieñ. epiſcopi latitat codex autoris quidem mali,Sed de rebus Germanicis ſcribẽtis, aliã uidiſſe me non memini.Verũ tui chronicarũ ſcriptoris doctoris Ioannis Vergen,ſi nõ moleſtũ eſt fac lucubrationes uideã,ut inter Platonis Plotiniq; lectiones philoſophicas habeã quo oblecter.Si quic quã eſt q̃ hinc uelis,tuũ eſt ſcribere.Ego eñ quod iuſſeris peramice effectum dabo.Raptim ex Vuormacia iii.Nonas Decembres.

Iodocus Gallus Rubeaquenſis Theologiæ doctor Ioanni Reuchlin Phorcenſi.S.D.P.

INuẽtus eſt q; ad nos Curſũ græcũ referret, inuẽtus eſt & is quoq; qui piſcẽ expectatũ emeret,ſale cõdiret,& miſſiõis mandatũ p̃ſtolaret.Redit ad nos quẽ manu lætus apprehendi pſalmorũ græcæ linguæ liber redibit & ad te dũ iuſſeris emptus tibi Salmo. Nec Iodoci neq; Reinardi negligentiã accuſabis,dũ diligentiã & fidem in diſcipulos tuos fidelem exhibuiſti. Ego quidẽ ſpero nos ea in re uoto tuo geſſiſſe morem,ſi animũ noſtrum intueris.Sin caſu quo dã aduerſo ſecus euenerit, ita eueniet ut nolumus. Tu neſcio qua uel fraude uel aſtutia noſtri cõdiſcipuli (diceré uerius præceptoris) Religioſi Ioannis Cũn, effeciſti ut ad nos rediret optatus ſumma auiditate uirginalis curſus,qui tũ præter morem aucupandi libros quem a te non dico didicimus ſed audiuimus,redibit maturo & optato tempore.Ne quid tamẽ nimis, hoc eſt ne nimis ad repetẽdum

acceleres. Tu hæbreis interea fruere, teq; uti eis gaudes totum deuo ueas. Vtinam nos tanta opportunitate ac fructu græcanicis inſerui re poſſemus. Voluiſti aũt ut Vigilio uterer ad fouendam non dico explendam edacitatem tuam. Id profecto recte admonuiſti. Callet enim Vigilius noſter harum rerum odoramẽta; uerũ in rem ſuam non parum. Ad eius ingenium adde & tuæ coniugis experimentũ. Ego profecto philoſophicam ſum adiuncturus operam, pro eis tibi rebus conquirendis atq; mittendis, quibus intelligam & ædibus tuis opus eſſe & me tibi curare poſſe. Vale, nos quidem ualemus, in quo rum numero diſcipulorum tuorum Thomas Truchſes unã mecũ & Ioanne noſtro religioſo ſumme ſe tibi commendat. Ex Spira v. idibus Septembris. Anno M. CCCC. lxxxxix.

Iodocus Gallus Rubeaquenſis, S. D. P.
Ioanni Reuchlin Phorcenſi.

FAcile eſt mihi ut arbitror a te impetrare, facilem ut diſcutias mihi ambiguitatẽ. Ex Euangelio Matthæi græco. Scilicet quo nã tpe ſcriptum ſit uerbũ uenimus in capite ſecundo. Scis etiã in romana lingua & præteriti & præſentis eſſe notam. Ego contra quendam de noſtris contendi ex quibuſdã coniecturis potius præteriti eſſe q̃ præſentis, quiduis horum fuerit in græco, ubi certius de ſignatur tempus q̃ in latino. Eſt autem textus ut rem apertius intelligas de tribus regibus, in eo loco, Vidimus ſtellam eius & uenimus adorare. Græcanico curſu, ſi uel ad rem diuinam uel ad uoluptatẽ quandam uti uolueris, fac ſciam per dominorum Spirenſiũ Eſſelingenſem procuratorem Ioannẽ Maierhofer, cuius opera & ego deinceps uſurus ſum in ſcribendis immo mittendis ad te literis, quippe qui oĩi fere hora ad te meas tuto perferri faciet. Vale. Vigili⁹ te recepiſſe Salmonẽ aſſeuerat quod me cura leuauit. Iterum cum honeſta coniuge lætus uale. Ex Spira xii Kalen. Februarias. M. D.

Iodocus Gallus Rubeaquenſis Theologus. S. D. P.
Ioanni Reuchlin Phorcenſi.

REdit ad te uel ſero curſus ille Græcanicus tuus, eo tĩ fœnore quo p. Cunonẽ ſuppletũ eſt, me immo te quoq; iubẽte id qd̃ amiſſum erat, in pœnitẽtialib⁹ pſalmis. Itaq; ſpero tã diutur nam huius libri tui abſentiã minus abs te moleſte latã. Verũ Cuno ipſe per me cupit ut certiorem eum facias, Ioannes euãgeliſta quo

loco in feruentis olei dolium immissus sit. Romæ ne? an in insula Patmos, aut alio quopiam in loco. Neq; enim mihi argumentisq; meis fidem habet. Dicit autē te facile posse consequi si uel ex te ipso nescires ex Martyrologio saltem Cōstantinopolitano. Habes quid Cuno uelit ego (ut nosti forsā) ex Venetiis curaui mihi afferri Cursum græcū, utinā eo tam frequenter uterer inter orandum q̄ auide feci mihi eundem afferri. Sperauerim eñ fructum ex eo me posse consequi, sed negotia non tam officii mihi crediti q̄ amicorum ad alia me prouocant, immo auocant. Te autem cum uxore cupio iucundissime & diu ualere. Ego quidem inter labores dono dei ualeo Conradum meum pellicanum ut facis foueas oro, siue hebræas seu quod malo græcas literas ex te discere cupiat. Ex Spira. Vltima Februarii. M. D. I.

Ioannes de Keisersperg Doctor theologiæ & prædicator ecclesiæ Argentinensis. Ioanni Reuchlin S. D.

EXimie doctor, si q̄s apud te D. Petri Schott tenes epistolas eas mihi mittere digneris. Colligere eñ undecūq; nitor, & multas iam collegi ac in unū uolumen redigere statui impri mēdum. Aiunt eñ illi qui earū rerū habēt peritiam eas collectu fore dignas atq; diuulgatione. Ego plane non intelligo, ideo neq; iudico, sed peritis æstimatoribus credo, præsertim si tuo quoq; iudicio congruerint, quod non parū pōderis afferet. Vale. Ex Argentina vi. ante festum purificationis. B. Mariæ. M. CCCC. lxxxxiiii.

Conradus Peutinger Iuris utriusq; doctor, Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

QVæ literis tuis apud Fucaros inqrenda mandasti, executus sum diligēter. Mercimonia tua Romæ empta p eosdem ad Nemetas uectore probo & quidē Augustensi trāsmissa sunt, & cauponi ad Cantharū tradita ut Heidelbergā uehant. Spero te nūc eo timore q̄ forsitan pdita credebas liberatū esse. Sin minus eadē istic repies. Qd cōiugio nostro fœlicitatē optas, ex solita humanitatis tuæ beneuolētia facis, quare tibi plurimū & q̄s possum gratias ago. Et quo magis lasciuiēdi libertate laxaret, institutiōi diuinæ parerem, alas pressius agerē, amore uero, non fucatis susurris & blādiciis uiuerem, uxorem duxi uirginem paulo breuiorem me nondum annos xviii. natam, pudicā temperatam pulchram honestam

& latinis literis aliquantum imbutam, quæ & nunq̃ a domesticis rixosa nec cõtumeliosa uisa est. Ex bonis parentibus urbis nostræ orta. Dotem dedit duum millium florenorũ. Nihilominus hæres futura si uixerit superstes. Deo itaq; Opt. Max. gratias habeo & habebo, q studio nostro sociã & assecla familiarissime nobis collocarit. Ad xii. Kalen. Decẽbres nuptiæ habitæ sunt. Domũq; ad. vi. Kalen. Februarias traducta est. Socer meus Antoni⁹ vuelser modo rerum domesticarũ curatorẽ me constituit. Quod si de rebus nostris ad te prolixius & iactantius scripserim ignoscas, ad amicum enim uerũ & cõmunem loquor. Velim me tui & rerum tuarũ continuo obseruandissimũ diiudices, & me reuerendissimo Vangionum episcopo humiliter commendes. Ex Taberna nostra libraria iiii. Kalen. Februarias. M. D. I.

Conradus Peutinger. I. V. Doctor, Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

GAudeo plurimum me tibi tãtum esse cordi, q̃ nunciũ tuũ ad me uacuũ ire non p̃miseris. Agimus tibi ego uxor & filiæ gratias. Vehemẽtius etiã ageremus, si filiæ agere liberius possent. Sed oĩa in Iulianã filiã cõferemus, quæ & literas modo latinas legere didicit, & memoriter absq; scripto repetit, & syllabas etiã (dum ei munus aliquod licet exiguũ dono) discit. Petis a me quippiã ex rebus professiõis nostræ. Scito apud nos nihil uel parũ esse qd̃ tu non habeas prius. Bibliopola tamen attulit opera Aristotelis uno uolumine, traductiones scilicet Ioannis Argyropyli Byzantini, Leonardi Aretini, Hermolai Barbari, & Georgii Vallæ. Item Marsilium Ficinum de christiana religione, & opera M. Antonii Sabellici prosa & carmine. Qd̃ si ex his aliquid habere uolueris, reddito me certiorem, transmittã quidem quantocius. Superioribus diebus præpositus Augustensis suas ad me dedit literas, quarũ ad te exemplũ mitto, atq; rogo quid sentias mihi significes. Et cura q̃ patronus noster Dalburgius aliqũ Caess. suos uel saltem nomismatum inscriptiões ad nos mittat. Sum modo in nostris Sueuis Cæsaribus in quibus ob incuriam maiorũ labore maiore opus est. Tu si quid habes qd̃ nostræ diligentiæ accedit rogo accõmodes. Vale, & me ama ut soles. Vxor & Iuliana suo & Constantiæ nomine te saluũ optant. Iterum Vale. Datum Augustæ. x. Kalen. Maias Anno. M. D. III.

Conradus Peutinger. I. V. Doctor, Ioanni Reuchlin Phorcensi Confœderatorum Sueuiæ Triumuiro. S. D. P.

TArdiorem me ueheméter suspicor, non solũ agendis in gratiis, sed & habendis. Quare si quid in te ingratus deliqui, ueniam peto. Ignoscas uelim, immo rogo. Affecisti me fateor, dono non uulgari, Hippocrate scilicet de hominis præparatiõe. Et poeta Ioseph hyssopæo, quos tu græcum unum, Hebræum quoq; alterum elegantia politiori latinos fecisti. Verũ hactenus non respondi. Negotia quibus obruor excusare me possent; sed non satis integre, cum ocia literaria utcunq; iucundissima nobis aliquando sint, iis cum uacabam, respondere potuissem. Sed rerum scribendarum moles fastigium ingerit. Nunc inter legendũ elegans & perneccssaria Moria Erasmi Roterodami nostras in manus peruenit, qua nõ solum nos iureconsultos Sisyphi saxum reuoluentes, sed & plæroscq; supercilios os & irritabiles theologos taxat, ita hos solet apellare. Et ut ipse ait, qui turmatim sexcentis conclusionibus adoriantur, & ad palinodiam adigunt, recusantes protinus hæreticos clamant. Ego eloquii diuini cultores eos scilicet qui uerbo & facto nobis christianis singulari sunt exemplo, nõ solum utiles sed & perneccssarios ueneror & obseruo, Liuidos, inuidentes, ac garrulitatis congestores tedios os admodum (si qui sunt) abominari & detestari soleo. Vellemq; si qui fidei & professionis nostræ propugnatores essent. Sacras nostras leges non uerbo solum & clamore, sed & opere colerẽt, tunc nulla cum inflatis si qui sunt oriretur controuersia. Sed rem meã aggredior a Mose Deuteronomii capite quarto decimo inter quadrupeda quæ hebræis permiserat edenda Pygargus cõmemorarunt. Aristoteles autem in libro animaliũ sexto, Pygargũ generis ait esse aquilarũ cui cauda albicans nomen dederat. Vbi Aldus Manutius Theodoro Gaza interprete uocabula referens, albicillã uel nebrophonon id est hinnulariam dicit. C. Plynius Veronẽsis libro Historiæ suæ naturalis decimo, & capite tertio subscribens inquit, Secundi generis aquilarum Pygargus in oppidis & in campis albicante cauda, sicut alibi Melanaetos nigricans. Idẽ libro. viii. capite ix. supra quadragesimũ de semiferis anialibus ad calcem, si modo impressioni Parmẽsi fides est adhibenda, dixit. Sunt & Damæ & Py

gardi,Hermolaus Barbarus in castigationibus suis Plynianis Pygargum aquilam assentiens nō quadrupedem refert, Iunius Iuuenalis Satyra undecima.Sumine cum magno lepus atq; aper & Pygardus Vbi ab ipso Domitio Calderino, & Antonio Mancinello caprea esse interpretatur. Aldus Pygargum impressit, & aquilam & quadrupedem significari Sipontinus in Martialis epigrammate. xxxv. retulit. Animal utrunq; Pygardum Ioānes Tortellius appellat. Ambrosius Calepinus ex eodem Plynio Pygardi in caprearum genere meminit. Licet in Pygargo postea Sipōtino ipsi assentiri uideatur. Tanta est uarietas autorum uel etiam librariorū,ut quid sit credendum non satis sciam.Modica est hæc differentia & literæ unius inuersio.Ego erubescens q̄ græcas literas non didicerim, ab erudito quodam petieram uocabuli huius apud Bibliam græcā expressionem,is ualetudine aduersa cum torqueretur paucis respōdit,multa me ex ingenio deducere,hoc sibi dixisse sufficeret, literam græcam Pygargum nō Pygardum habere, quem Suidas etiam de aquilarū genere referret. Nec mosen(quamuis enumeraret illum inter animalia quadrupeda) asseruisse quadrupedem.Cum plus legi de arcanis mysteriis q̄ ordini aut elegātiis studuisset.Quod si itaq; errorem & apud Iuuenalem,Plynium,Calderinum, Tortelliū, Mancinellū, & Calepinum deprehendemus, ab alio nōdum annotatum. Litera quoq; d. ubiq; expungi deberet, tum etiam Pygargum ut aquilam edēdum simul & permisisse & inhibuisse. Inquit em̄, hoc est animal quod comedere debetis,bouem & ouem,ceruum & capream,bubalum,tragelaphum,Pygargū,orygem, chamælopardalim. Et subiūgit omnes aues mundas comedite, immundas ne comedetis. Aquilam scilicet & gryphem,haliaetum, ixon & uulturem ac miluū. Cōtrarietatem hāc legis credet nemo, uel etiā Pygargum ab aquila ut speciem a suo genere distinxeris Sed legē ipsam de quadrupedibus ut ordine non ineleganti constitutā sane perspiciamus. Moses ipse post eorum annumerationē inquit,om̄e animal quod in duas partes findit ungulam & ruminat comedetis, sic Pygargū de aquilarū genere ruminantē cognoscere non possum. Est autem ruminare cibū reuocare ad rumen denuoq; conficiendo consumere. Quare uelim & rogo hac in re quid sentias,quidue pygarg⁹ Mosis,& an apud Iuuenalē Plyniūq; Pygardus pro caprea recte legi possit, me q̄pri-

mum certiorem teddas hæc & si magni non sint ponderis, habent tamen aliquid literarii exercitamenti, quod (cū otiamur) delectare solet. Similer ipsum hactenus mihi incognitum, uirum ex Germanis nostris nūquam satis laudatum, & qui nos post te græcissare curat, grammaticam, cuius græcam & in septem psalmos interpretatiōes tuas Thomas Anshelmus elegans ille chalcographus ad me misit saluum optato. Et pro dexteritate tua ut magnanimus es atq; fortis illecebras tibi iniuriantiū, ut muliebres, more Socratico, ne curato. Hoc unum sperant dū insidias suas corroduntur, ut quæ ratione non possunt, garrulitate & blacteratione uincant. Tu uale, Coniunx te saluum optat. Ex Augusta Vindelicorum pridie Idus Decembres. Anno salutis. M. D. XII.

Conrado Peutinger, Ioannes Reuchlin. S. D. P.

QVod serius q̄ uelim ad nos scribis, non negligentiæ erga me tuæ accusare, sed diligentiam erga res cōmodiores laudare debeo. Quapropter expostulatione tua opus non est, modo eandē mihi ueniā cōcedas. Dedissem enī ad te literas & crebrio & fortasse crebrio, si nō aduersa occupatio iā me sisteret labori quotidiano calumniis aduersariorū respōdendi, a cōsuetudine mea ut nosti longe alieno, sed necessario tū. De Pygargo Moysi elegans ingeniū tuū nimiæ curiositatis postulo. Cū tanta sit in omni lingua de uocabulis rerū diuersitas, ut nō solū Plynio apud latinos, sed & Athenæus apud græcos, & alii de naturis rerū scribentes absolescant, cuio in rudimentorū nostrorū libro primo facie. 231. de Iaspide mentini. Ita in hebraicis uocabulis tam multus error est, ut superstitiosi quidam iudæorum a pluribus numero abstineant q̄ in lege sunt prohibita, ne ancipiti uerborū intelligentia transgrediant. Tu uero si legisti rudimēta mea, inuenies in libro primo facie. 124. p isto tuo Pygargo ab Onkelo chaldæo, cuio autoris translationē haud aliter q̄ textum hebræi uenerantur, unicornem esse traductum, quod doctissimi hebræorū approbāt. Ego eius animalis conditionē iam ne scio, nec de illo nunc inuestigare possum, ad alium palū ligatus. Nā si haberet caudā præacutam, posset quoq; pygargus nominari. Est enim nomē cōpositum a pyge id est cauda, & argus quod æquiuocum multa significat, album, candidū, uelox, actutum, segne, nacuū. Et canes ueloces dicūt cynargi. Ita potest rhinoceros aut unicornis

quolibet horum animaliũ caudam habere uel albam uel acuam, non solum Aquilæ genus. Vale.

Henricus Bebelius Iustingensis, Ioanni Reuchlin Phorcensi LL doctori. S.D.P.

CVm ea de te fama sit apud omnes Germaniæ bonarum artium studiosos uir humanissime idemq; doctissime, ut te colant ament & uenerentur quasi aliquod numen a superis in hanc terrarum calamitatem elapsum. Nec iniuria dixerim numen quid enim rarius apud utilem auram spirantes hac tempestate? Vtinam adesse in nostra præsertim Germania, sicut tu es, qui & callet græcam linguam, cui latinus sermo tanquam natiuus famulatur, & cui nostro æuo in hebræo calamo aliquem nõ solum christicolam, sed ne dum iudæum & apellam anteponere quis sine uerecundia queat. Quid commemorem Teutonas solum? cum id ne quidem Galli uel latini sermonis principes Itali assequi uisi sint. Vel si qui id assecuti sint coruis albis rariores sint, cum paucissimi etiam priscorum id attigisse legãtur. Legimus inter christicolas Ausoniæ linguæ principem sanctissimum Hieronymum plenariam habuisse scientiam harum trium principalium linguarum. Post eum uel non fuerunt, uel ad meam cognitionem nõ deuenere. Sed illis omissis cum tuus honos & fama ad cunctorum studiosorum aures deuenerit, & te tam egregie doctum sensissem, uolui tibi meos iuueniles ardores dicare, ea conditione ut ex innata tua mansuetudine & ob honorem omnium politioris studii alumnorum, si quid mendæ in ueneris in meis carminibus, tua lima & pra[illegible]arissima uena ingenii id emendare, & me in tuorum saltem fa[illegible]rum ordinem recipere digneris, nihil enim ultra expetere uelim, nisi tuum fauorem. Vt si quid in meam rem efficere queas, ad id te impigrum reddere nõ erubeas. Si hoc ut spero feceris, de me poteris tibi polliceri dum uita mihi comes fuerit, semper honos nomenq; tuum laudesq; manebunt apud me, & omnes qui saltem meam musulã non etunt asperati. Scripsi etiam ad illustrem principem Eberardum, sed heu fatorum immutabili serie ablatum ad superos, ad omniũ Minerua insignium perniciem & incommodum, sed de his in aliud tempus. Vale Germaniæ decus, & me in sinu tuæ mansuetudinis foueas. Iterum uale. Anno. M. CCCC. XCVI.

D. Hieron.

Henrici Bebelii Sapphicon ad eundem Ioannem Reuchlin.

Capnion magnum ſpecimen Sueuis
Te parens rerum uoluit nitere
Ante mortales uelut ante Phœbus
Sydera ſplendent.
Optimis fulges ſuperum fauore
Dotibus ſane ingeniis uigentis
Ipſe natura ut uideare cunctas
Noſſe camœnas
Seu uelis græcas latias ue muſas
Aut hebræorum tonitaſſe ſcripta
Optime calles nitidus per orbis
Climata uaſti.
Seu proſam quæras modularis apte
Verba non certis numeris canenda
Verba diuini Ciceronis arma
Faris amœnæ.
Si cupis ſanctos latices adire
Caſtali fontis Clarii ue uatis
Serta daphnea emeruiſſe poſſis
Tempora circum.
Seu lubet regum celebres triumphos
Atq; captiui exuuias cruentas
Pangis ut uatis tuba Mantuani
Bellica uerba.
Seu lubet ſocco aut Sophoclis cothurno
Optime certas tenui ue plectro
Pindari & Sapphus fidibus canoris
Carmina ſcribis.
Flebilis ſeu uis elegos miſellos
Et puellarum calidos amores
Lydiæ quondam reſonas calentes
Pectoris ignes.
Pluribus quid te memorem peritum?
Quem nihil iuris latuit ſacrati

Cæsaris leges memori retentas
Pectore doctus.
Ardua & magna moderaris arte
Principum paucis adeunda facta
Dona uirtutis tribuit benigni
Syderis astrum.
Vltimo crassas placidis ocellis
Vt soles, nostras foueas camœnas
Sufficit nobis heliconis amnis
Paucula ripa.
Et rudi plectro teneris sub annis
Collibet sacras aditare musas
Incitor fato ex adytis & imis
Numine Phœbi.

Henrici Bebelii Elegia ad eundem Ioannem Reuchlin Phorcensem LL. doctorem.

Miraris si forte tuos accedet ocellos
Musula nostra rudis, uisere nisa diem
Nyctimene ueluti tenebras si forte perosa
Egreditur specubus non bene lucis amans.
Fit sonitus uolucrum, nam circum penniger ales
Deuolitat, clamor sydera pulsat iners.
Quisq; nocere parat, nunc hoc nunc capitur illo
Omnis enim miseræ est insidiosus aui.
Sic mea arundo pauet tenui subnixa pudore
Ventosi critici triste supercilium.
Quæ prius in lucem nunquam procedere uisa
Non æquam trutinam rite subire timet.
Tam quid enim sanctum? diuino uel Ioue dignum
Quod non liuor edax dente nigrante petit,
Te tutore tamen superas gradietur in auras
Et si sit timor huic nomen in ore tuum
Castalides dudum nostra regione fugatæ
Exilium miseræ sustinuere deæ,
Et queritur quisquis diuina Palladis arte
Candidus Aonium continuisse nemus.

Credo equidem uerum non alite fallor inani
Pierides noſtris ædibus iſſe procul.
Flumina Pegaſidum ſummo demerſa profundo
Tam libuit Sueuis temnere dona deum.
Ni fueris pridem noſtrum delapſus in æuum
Muſarum donis inuigilaſſe uolens.
Colligis & condis flauus quæ dictat Apollo
Dignus es a ſera poſteritate coli.
Nam tibi grandiloquis maior facundia rebus
Ingenioq; tuo flumina larga colunt.
Carminibus Geticum uatem potes Orphea doctus
Vincere, & Iliados nobile cedat opus.
Qui legis hiſtorias gentis monumenta uetuſtæ
Quas condis proprias poſtera turba leget.
Quicquid tum demum docuit recutitus Apella
Hebræo calamo noſcere cura fuit.
Literulas graias quo non edoctior alter
Germanus, latias doctus ubiq; tenes.
Sic tua fama poteſt geminum penetrare cubile
Solis & arctoos tum calidoſq; Lybas.
Atq; tuum nomen poterit neq; longa uetuſtas
Perdere, dum mundo Phœbe coruſce micas.
Ergo ſinu placido foueas pater optime uatum
Ruſtica dictabit quicquid auena tibi.
Atq; tuos inter famulos numerarier opto
Vt nos erudiat docta Minerua tua.

Henricus Bebelius Iuſtingenſis policioribus literis præfectus in Gymnaſio Tubingenſi S.D.P. Ioanni Reuchlin Phorcenſi legum, poetices, omniſq; literaturæ uiro conſultiſſimo, atq; antiſtiti præceptori ſuo.

ET ſi parum tibi ſum cognitus uir eruditiſſime, nec ulla extant merita, ꝓpter quæ iure quicq; a te efflagitare poſſim, nõ tñ tem petabo mihi quin audacter tuæ eruditionis iudiciũ requiram, animatus uel hoc uno, ꝙ ſciam te liberalium diſciplinarum ſtudiis expolitiſſimũ. Vnde tanq; ex fonte ubertimo máſuetudinem cæ

teraſq; uirtutes & in primis humanitatem emanare ſapientes prodiderũt. Humanus aũt nihil antiquius ducit q̃ bene mereri de hominibus, id quod nomen prodere & ſignificare uidetur. Tu igitur cum oĩum iudicio habearis & ſis polyhiſtor & philoſophotatos, atq; no biliſſimarum trium linguarum eruditiſſimus, non poteſt eſſe quin ſis & humaniſſimus. Vnde mihi fiducia uenit meas apud te p̃ces nõ fruſtratum iri, & mihi iudiciũ meum deſyderãti te nunq̃ defuturum in rebus ut tibi compertiſſimis, ita mihi nõ ſatis cognitis, & quæ anxias & ſuperſtitioſas inter literatores contentiones ſoleant mouere. Velim itaq; ſcire uir doctiſſime an ſcribẽdũ ſit kyrie eleiſon nõ kyrieleiſon, proximiori e ante l eliſo, & an eleiſon ſit quatuor ſyllabarũ uel leiſon eliſo e ſit triũ, ita ut accentus cadat ſuper penultimam uidelicet i ante s, an e & i conſtituãt diphthongũ & unam ſyllabam. Secundo an in nomine euangelium u poſt e ſit cõſonans & habeat ſonum quaſi f, uel conſtituat diphthongum cũ e præcedenti, ut unũ go pronunciatur. Vnde locũ habeat metrum neſcio quale cuiuſdã uerſificatoris Ebrardi græciſtæ qui ita ait. Euq; bonum ſignat & ab hoc euangeliũ ſit. Peruerſum ſit cuan hinc ſit euangeliũ. Sunt item apud nos q cũ ꝓnunciãt euangeliũ, euchariſtia & ſimilia, more græcorũ enunciant ſono illo eufangelium, eufchariſtia. Tertio an pronunciando μεταμόρφωσις & ſimilia, accentus debeat cadere ſuper ο micron in media, nõ ſup ω, nõ obſtante q̃ hoc longũ ſit, alterum breue. Quarto an σοφία & ſimilia cũ a nobis pronunciant̃ debeant in penultima longari, & an etiã poſſint lõgari in carmine, cũ ἱστορία hiſtoria ſimiliter ſcribatur cum accentu in penultima, & tñ nec in carmine nec proſa enuncietur, niſi penultima breui & accentu cadente ſuper ο, & an bene ita pronũcietur. Hæc ſunt uir clariſſime de quibus certior fieri cupio, nec dedigneris rogo & obſecro quanto citius poſſis reſpondere homini tuo obſeruantiſſimo, & cuius ſi unquam opus habeas, omnem operam & ſeruitium tibi peculiare ducere poſſis. Vale, & me commendatum habe. Ex Tubingen quinto Kalen. Martias, Anno M.D.I.

Henrico Bebelio, Ioannes Reuchlin. S.

FAcile patiar pro tuo deſyderio, immo plurimum aueo te mihi tuis illis nobiliſſimis uirtutibus fore notum. Sed heus tu mi Bebeli cur a me ueterano & ludi literario emerito milite gram-

maticũ opificum quæris? cuius & dux & imperator ipse in musarũ castris quotidianum exercitiũ agis. Redigere me uis ad incunabula & uagitus puerorum, ut Paulum Tarsensem cum suis Galatis iurgãtem audiamus, quomodo conuertimini iterũ ad infirma & egena elementa quibus denuo seruire uultis. At fuerit ille de aliis quibusdam locutus elemẽtis, ego satis tua erga me amori facturus, aio kyrie trisyllabum esse, primáq; per hypsilon, secundã uero iota scribendam, cui sit accentus in prima peracutus. Eleison aũt uerbũ imperatiuum tetrasyllabum accentu similiter in antepenultima acuto, nec fit diphthõgus unq; exe & ı uocalibus, qua propter a nostris ob ignorantiam Hellenismi male cœpit pronũciari hoc totum kyrieleison quinq; syllabarum, quasi per synalœphã elisis uocalibus. De euangelio idem quod de Euandro tibi iudiciũ sit. Nam cũ post eu consona litera sequitur, tunc diphthongi hoc est duarum uocũ sonus retinetur, ut euge Eusebius Eunuchus. Sequente uero aliqua uocali, cõpertum est enunciatiõis diuisioné admitti, manente diphthongi quãtitate ut Ptolemæus, Euergetes, Bacchus Euius. Et Virgilius in octauo. Tũ pater Euandrus dextrã cõplexus euntis. Haud secus atq; in aũ diphthõgo accidere assolet, ut gaudeo gauisus, & ecõtrario auis auceps. Quid aũt sup metamorphosi sentiã, quoq; tales dictiões accentu pnũciari debeãt. Certe pmultũ refert græca latine uelis dicere an græce. Nã si togã eis latinã induas, romana seruabũt præcepta ut qbus breuis est penultima, his acutus in antepenultimã cadat accẽtus, uelut, hæc Dorothea huius Dorothéæ, hic Timóthe⁹ huius Timóthei, hic Sócrates huius Sócratis, hic Hippócrates hui⁹ Hippócratis, hic Aristóteles huius Aristótelis, hic Praxíteles huius Praxítelis. Aliter. n. ea si græce pferas, penultia ueniet eleuata, hæc Dorothéa hui⁹ Dorothéas, hic Timothéos, hui⁹ Timothéu, hic Socráris hui⁹ Socrát⁹, hic Hippocráris hui⁹ Hippocrátus, hic Aristotélis huius Aristotélus. In qbus uero penultima syllaba repitur longa ea si græco pallio cupias ornari spectanda ueniet ultima syllaba, q̃ si lõga fuerit, accentus exaltabit in penultia. Sin uero breuis leuanda est acuto sono antepenultima, & ita in barytonis. De historia & sophia sicut de papia & philosophia cõmuné usum esse cõsyderandum Priscianus Cæsariensis in libro de accentibus pcipit. Tu uero eiusdẽ diligenter lege præceptum in libro secũdo artis grammati-

cæ capite octauo de posſeſſiuo,ubi tradit in quibus i penultimã pu ram producãt Romani. Cæterum quæ penultimã longam quanti tate habent,eam ſemper eleuãt,niſi ſit quædã exorbitantiæ cauſa, Hæc q̃ potui breuiſſime ad te ſcripſi,tũ propter nũcii tui feſtinatio nem,tum etiam q̃ interea parum elangui,uix dum recta ualetudi ne conſtitutus.Fœliciter uale.

Sebaſtianus Brant S.D.P.Ioanni Reuchlin Phorcenſi.

NVlla ego in culpa ſum mi iucundiſſime præceptor,ſi iandiu nullas a me receperis literas,q̃n tabellariorũ id effecit inopia. Nã qđ tibi bñ eſſe ꝓcupiã eſt tibi exploratiſſimũ,σφρεί νομαι equidẽ nõ mediocriter,quippe qui χρήσει καὶ κτήσει tuus ſum, & profecto ſi malis mancipiũ tuum.Gratulor inquã tibi mi ſuauiſſime frater, quoniam in ea curia principis es, quo Alemania noſtra nihil habet excellentius, nihil illuſtrius. Atq; μαὶ μὰ Δία ſciebã ego iſtud fore in fatis,q̃ certa lege res humanas diſpenſant,ut aliqñ integritati atq; innocentiæ tuæ accõmodatus ſtatueret locus. Verum quoad id futurũ erat,ignoraſſem niſi literis tuis lætiſſimis paulo antea certior factus fuiſſem. Quod præterea de rebus meis ſcire cupis, nihil te celabo. Ego fortunam ipſam fugientem moror, ſequeret fortaſſis,niſi ipſa rerum diſpenſatrix nollet.Sed quod grataris mihi quoniam pro ſingulis uerſibus ſingulos byzãtios receperim. Ita habeas uelim,mihi pergratam immo iucundam eſſe tuam iſtam εὐφραμπλίαν,Plane ſpe futuræ numerationis recepi. Vereor tamen ne iam unus & item alter annus obſtabit petẽti. Quid plura? ego ſpem precio emi, ex nudo pacto non oritur obligatio, ſcis quid intelligam? Accingam me operi pro impetranda licentia.Dii ſecundent cœpta.Ego a Muſis in uerboſas leges incidi.Vale pars animæ meæ, muſarumq; patrone. Ex Baſilea quinto iduum Ianuariarũ die. Anno.M. CCCC. lxxxiiii.

Sebaſtianus Brant,Ioanni Reuchlin Salutem.

LIteras tuas optatiſſime frater mihi in primis ſuaues eo iocũdius recepi,hilarioreq; uultu plegi,quo ſeriꝰ ad me tandẽ (tametſi nõ abſq; faſtidio hactenus expectatæ) ꝓdiere,atq; utinã me idoneũ ſaltem exiſtimares,ad quẽ crebrius humanitas tua ſcribere non dedignaretur.Poſſes etenim(ita per ecaſtor credas) mi frater

mihi gratius facere nihil. Sed iandudum scio forenses tibi pertractandas esse causas creberrimas, neq; rursum me latet, q̃ frequentia tibi sint subeunda castrensia negocia, id quod nuper in Abbatis nostri Spanheimensis Catalogo absq; suspiriis, communisq; patriæ nostræ querimonia præterire nõ potui. Cũ præsertim tu solus & unus existas, qui Germaniam nostram ingenio tuo illuminatam, scriptis tuis desideratissimis illustratam, celeberrimã quoq; reddere posses, sed tua te uirtus opera ad maiora reseruat. Quo fit ut inter assiduos nostros gemitus, hoc unum tibi gratulor mi frater, mihi quoq; gaudeo qui a literis scilicet abstractus, apud eũ tamen degis principem, quo hæc nostra Germania nihil habet excellentius, nihil illustrius, quippe qui singulari sua uirtute atq; beneactæ uitæ suæ præconiis cantatissimum ducale nomen, militarisq; Romani imperii disciplinæ supremum magisterium iure meritissimo iam pridem a sacrosancta Regia Maiestate obtinere meruit. Atq; proinde nescio si quod præstantius in terris nomen a Diis immortalibus, illustri suæ magnificentiæ conferri potuerit. Viuat posco diu fœlix Dux maximus armis. Et patriæ præsit imperioq; diu. Cæterum emendationes tuas in libros de Verbo Mirifico p te notatas in fine citandas perlegi. Dabo quoq; operam quantum in me erit ut coniunctim pro tuo uoto imprimantur. Post calcem quoq; eorum librorum qui adhuc in manibus sunt impressoris reponant, quo cõspectius liquere possit quibus in locis impressorũ inaduertentia egregias tuas depraurit sententias. Tu interea curabis ut aliqñ te coram contueri liceat, tuaq; iucũdissima frui præsentia. Vale suauissime præceptor, tuasq; amœnissimas ad me sæpi⁹ ire sinas literulas, plurima te puer noster Onophryus impertit salute, qui utinam sub te magistro teq; præceptore de locupletissimo efflueticq; Castalio tuo latice aquas potare mellifluas aliquãdo posset. Iterum uale, literarum & patriæ nostræ decus. Ex Basilea Kalendis octobribus, Anno M. cccc. xcv.

Sebastianus Brant, Ioanni Reuchlin salutem.

GRatulor & quidẽ uehemẽter suauissime Capnion, te patrios tandẽ iã repetisse lares. Cõiugis in gremio placidũ cape atq; soporé. Et in primis, qñ ab illa erumnosa te liberatum extra fumq; esse curiali molestia accepi, qua grauius libero præsertim homini, & more tuo philosophanti, musarumq; alumnis arbitror

cõtingere posse nihil, siue quod ꝓpeti minus sustinerem, præcipuæ si cui τύραννος ἢ μωρὸς ἢ ἐκεῖνος ἢ πικαχόλωος ἀρχιλεὼς contingeret, qualem tete aliquando expertum tua cõmonstrat comœdia, quam Leontorius noster mihi sese transmissurum pollicebatur, sed nõdum uidere merui. Gratulor præterea quoq; tibi optume Capnion, mihi uero gaudeo, quia quam de morte nostra audieras famã, hactenus uanam compereris. Illa quidẽ in diis est fati mora, tollere uitam ius habet atq; animã qui dedit ipe deus. Scio te eã tametsi in anem ægre saltem tulisse migrationis nostræ famam, eo ꝙ me tuũ discipulum, uel si malis seruulum, ingenita uirtute, & bonitate tua præceptoris more diligas, idq; mihi sit exploratissimum. Et ob eam quoq; rem ꝓpetuo me tibi deuinxeris amoris uiculo. Mi Capnion o mi Capnion quã iucundam trãquillamq; inter musas tuo in mõte græco agis uitam, non modo philosophicam, sed & haud secus atq; Phœbum in Parnasso aut Orphea in Rhodopeio iugo fidibus sese oblectasse canoris aiunt, Capnion o fœlix qui fato quoq; secundo Hercule Pieridas ad tua uota uocas. Ast ego perpetuos cogor subiisse labores. Assiduaq; leuem quærere mole stipem. Da ueniam festinanti, multa coram tibi loqui tuoq; frui consilio cuperem, nũc non licet. Sis fœlix, prorsus fœlix, gaudeq; ualeq; Chare magis uita frater & usq; uale. Ex Basilea Idibus Ianuariis. M.D.

Sebastianus Brant ad Ioannem Reuchlin.

Optime Sueuigenum, triplicis decor unice linguæ
Capnion saluum te Ticio esse iubet.
Tu uelut Augustus, Lepidus, Marcus ue Triumuir.
Totius imperii es teutonicique soli
Ergo Vale, mea fida salus, mea summa uoluptas.
Fumule & Onophryi sis memor oro tui,

Ioannes Amorbacchius impressor Basilien
sis, Ioanni Reuchlin Phorcensi
LL. Doctori S. D. P.

EGregie Doctor uir humanissime. In cõmentariis S. Hieronymi super prophetas sunt pluria uocabula græca e diuersis translatoribus ex hebræo uarie interpretata, & fortasse illud ex hoc accidit, qa uiderũt unã literã hebræã ꝑ alia. Vocabulis aũt græcis q̃ in dictionariis græcis apud nos existẽtibus non inuenio, fidẽ dare non

audeo. Sunt etiam ea uocabula in antiquis libris ita corrupte scripta, q̄ literas q̄ nō cognosco. Quapropter ea uocabula græca quæ non intelligo in quaternionibus q̄busdam depinxi, eo modo quo pe[illegible] in antiquis libris, & eis breues sententias ex commentariis p[illegible] decidi, ea oia religioso uiro Cōrado Leontorio tibi ut dicit nouissimo ad te deferenda, qui & mihi affirmauit rē meā apud te promouere, & instare ut operam des illorum emendatiōi & correctioni, Quod & ego peto ea instantia qua possum. Et pro laboribus q̄cquid petieris libentissime dabo, Si aūt me derelinquas, nemi nem scio in Alemania qui me iuuare posset. Et forte propter hoc, opus infectum permanebit. Spero etiam, postq̄ Hieronym⁹ cū suo græco & hebræo fuerit impressus, q̄ rudimēta hebræa pluribus uendentur. Vale fœliciter. Ex Basilea. xxvii. Iunii. M.D.IX.

Georgius Nuttel, Ioanni Reuchlin Salutem.

QVæ res mihi in primis exoptanda fuit clarissime uir, ea mihi hoc tpe forte ut spero fortuna euenit. Nam cū tuas & humanissimis & pientissimis admonitiōibus refertas plegerē literas, maxio fui tū suffusus gaudio, tū rubore, q̄ppe q̄ scribis obtabellarii festinationem literas tuas carere politiore stilo, & te philosophica usurū polliceris breuitate. Vere inquā philosophus philosophia uteris, & q̄ grauissimis auribus aīaduerti, aīaduertāq̄, in quo haud diffidas. Cæterū qd̄ de Iasone Maino admones, q̄ me sciētia & autoritate augere possit, uerū fateris. Et ego uerū fateor me futurū suū, ni Rhamnusia ꝓhibeat nō pœnitendum auditorē, & quem in genue doctorem (si Opt. Max. pater instituto aspirarit meo) nunq̄ diffitebor. Et id absq̄ ambitiōe intelligas uelim, syncero nanq̄ edūtur promptuario. Rubore præterea affectus, cū satyricū istū quem præ se ferunt eæ literæ tuæ sentirem morsum, quo me (non dico in iuria taxas, q̄ bellorū torqueat a uero scholasticorū plurimū aberrans ut tuo uerbo utar tramite discriminib⁹. Veniam precor patrone, si minus uerecunde ad hæc respōdero. Eo nanq̄ tpe quo ad uos priores destinabam literas tanto erat Papiensis concitatus furore populus (difficile dictu) Testis erit locupletissimus ea in re tabellarius iste meus. D. Ioannes, qui coram fatebitur, taceo alios. Et ego bimestris ut ipse ais in alhena ora, ignarus tum morum tum casuum eiusçemodi rerum, ne mihi subtimeā, nō negabis unquā. At modo

paulo maiorem concepi fiduciam. Licet cominus instent dissensiones inter sanctissimum papam & regem Francorũ. Nullatenus tamen latium egrediar, in quo plurimum iuuat morari, neq; unq̃ propositum fuit ante præstitutũ tempus remeare. Ne tuæ in primis cæterorumq; amicorum minus uidear paruisse suasioni, De ea re q̃ tũ sollicitabat eram (fateor) sollicit⁹, præsertim cum inter bellicos tumultus, legẽdi non sit relictus locus ullus, quæq; mea cura intermittere subuerebar. Nunc uero animi dissolui nodii liberq; curarũ succisiuas impẽdo horas in perscrutandis legibus. In quo studio fastidium abstergitur omne. Demum gratus gratissimũ suscipis animum Quodq; miserim calamos, gratiarum actione mea sententia nõ est dignum, gaudeo tamen si quid facio quod placet, & id gratum fuisse aduersum te, habeo gratiam. Reliquum est in calce literarum ne prodigalitatis incidam pestem paterne & amice exhortaris. Facis tu quidẽ recte, & pro humanitate tua in me propẽsissima, & q̃ tam pecuniosus iam sim redarguis. Fateor, at memineris uelim me plus quinquaginta erogasse aureos pro chartacea mea suppellectili qua necessario indigebã, ut alias inquit Nicolaus quartus in. c. exiit uer. habetur de uerb. sig. li. vi. scientiam requirere studium cũ libris, prætereo alios necessarios usus pro primo tempore. Cogitabam item si alio proficiscendum fuisset, illud Martiani, qui habet nummos secura nauigat aura, Addit Ausonius. Fortunamq; suo temperat arbitrio. Cunq; imminebat fortuna, eam regẽdam arbitrabar, si tamen nummi non deessent, contentus uiuam de cætero, & languescens tua de me spes fac reuiuiscat. Ego id temporis quod reliquũ est curriculum totum bonis impendam, dispensaboq; literis, quoad de me actum sit. Hoc unũ te uelim, si ductu & auspicio tuo fieri poterit cõuenias Sebastianum Vuelling de re filii sui, qui ut ad me migret ad hybernam tempestatem uehemẽter opto. Fecit nõ loquacitas, sed beneuolentia longiorem epistolam q̃ par est. Et citra Senecæ præceptum quo dicit epistolam non debere siniſtram manum legẽtis implere, dabis ueniam & ruditati ignoſces. Vale fœliciſſime cũ Metelli fœlicitate, dii te tueantur, annosq; longæuos largiantur ut sanctissimos tuos atq; grauissimos mores, quasi quãdam idæam intueri possimus. Ex Papia. xxv. Iulii, Anno. M.D.X.

Ioannes Vuacker, latine Vigilius, Iuris utriusq; doctor,
Ioanni Reuchlin salutem dicit.

QVod ego mi Capnion hactenus & ab ea hora qua a me decessisti usq; in hũc diẽ, etiã tuis literis id a me exigentibus, nihil literarũ ad te mearũ dederi, uix ausim ne dicã possim me excusare, cũ tot interea habuerim occasiões scribendi, totq; nũcios ut mille ad te & innũerabiles epistolas dare potuissem. Sed ut saltẽ uno si uelis argumento me habeas excusatũ, utq; uerũ loquar, non transiit mensis post tuam abitionẽ quin & a principe & a cancellario & interea sæpius audiuerim te uocatũ, tibi scriptũ etiã manu principis ut huc uenires, quãobrem maxie calamus meus sese cõtinuit, uolens omnia in tuum aduentum differre, quanq; plura semper ad te fuissent scribenda. Sed nondum compares. Ideoq; possem ego omnem culpam meam in te transferre. Velim ergo tibi persuadeas meam ad te scribendi negligentiam, & tuam item ad nos redeundi tarditatem, tanq; paria delicta mutua fore compensatione tollenda, quanq; ego minime dubitauerim te non sine urgenti ratione domi continere potius q; hinc inde uagari. Spero tamen sperantq; quin immo & optãt & desyderant multi alii te aliquãdo nobis præsentem futurum, ut ore ad os negotia mutuo inter nos agenda pro ioro possint expediri. Sperat & id Andreas theologus noster, qui totiens tuam optat præsentiam, quotiens se meminit esse infirmũ, ac nullum apud se habere medicũ a quo recipiat medicinam, hoc est, qui in philosophia secum usq; in secundam aut tertiã noctis uigiliã perpetuo secum disputationem continuet, eiq; aduersetur. Nũc erũ dicit ubi est Reuchlin cum suo instãs, utinam adesset. Iam uero tui cupidus est, ut cum eo cõmiserationem habeas illius totius nostri seculi eiusq; tam miserabilis status, eũq; audires sese ultra in hoc seculo minime mãsurũ. Quin immo mox sibi ad Schonau suãq; illic habitationem esse diuertendũ, aut saltem semel eandem esse ab eo uisitandã. Pastor præterea in Steinach quid tui egeat nescio. Sæpius tamẽ tuam diuturnam absentiam dolens miratur. Præsul item noster & Vangionum, nedum te desyderat nobiscum esse, sed indies conat inuenire media quibus te reducat ad se, ut & si te ꝑpetuo secũ detinere non possit, saltem te præceptore per hanc hyemẽ futuram uratur. Cõstituitq; uxori tuæ ut cõsensum præstet transmittere pro

pediem plaustrum uini boni. Tu interea delibera quid tibi sit faciundum. Sed ut de reliquis taceam, quid credis de me ipso? nunquid ne ego desyderem tuum festinum aduentum? Profecto merito id credere debes, ego enim pter te neminem habebo saltem chariorem, qui nostro more mecum in multam noctem uina mea noua optima dulcissima & in magna copia gustet, pbet, deglutiat. Spero enim me habiturum ad annum futurum decem plaustra non minus uini noui optimi & dulcissimi. Neminem præterea habebo, qui dum mane surgendum est uestibusq; induēdum, promiscue & suis & meis utatur uestibus. Quid multa? carebo ego unico meo solatio. Ob eas tñ res omnes, nolo facias quod tibi non conducat, quodq; tuo iudicio tibi uidetur aduersum. Quod si æque tibi ut mihi congrueret, faceres rem mihi longe omnium maxime gratissimam si hanc hyemem totā etiam meis impensis nobiscum ageres, postea q̄ enim nuper a me discessisti, tum primum sensi ego atq; magnifeci solatia quæ ex tua præsentia indies acceperam. Nacta semel oportunitate si uenire non potes, describe saltem nobis uitam tuam domesticam seu heremiticam, credo enim te in solitudine domus tuæ cum solis libris tuis delitescere, & ut alias constitueras a negotiis curialibus abstinere. Decanus noster spirensis iam multos dies laborauit febri quartana, cui si potes scribe q̄ primum literas consolatorias & medicinales, facies enim ei rem gratam. Fuimus nuper Cancellarius, pastor in Steinach & ego cum eo consolationis causa. Fuitq; ob eam solam rem nuper cum eo sereniss̄imus princeps noster, cæterū utile (ut tandem has barbaras literas concludam) sperarem fratri tuo fore, ut semel adesses pśente principe, posset enim denuo ei promitti stipendiū pro continuanda lectione in lingua græca, ad quod cancellarius laborat, sed suus solus labor timeo nō sufficiet, quanq̄ & ego nō oino dormiam. Estq; res propterea eo dēducta, ut si tu uel unum uerbum nostræ actioni apud principem addideris, res expedietur indubie, posserq; sic frater tuus continuare studium suū qđ in legibus & canonibus incepit. Vale & me ama, atq; uxori tuæ dulcissimæ dic meo nomine salutem multam, rogaq; mei loco ut si alias fieri possit cōmode, saltem te semel ad nos remittat. Vale iterū, raptim in die animarum, Anno. M.CCCC.XCIX.

Capnion Vigilio salutem.

TVa in me uoluntate mi amantiſſime Vigili, uide quãti te fa
ciã nihil mihi poſt libellos & Chartas iucũdius, nihil ſuauius
unq̃, id ſemp audienti ex oĩbus q ad nos iſtinc ueniũt egre-
gia te de nobis ſollicitudine affici ut ualeamus. Quod nup etiã no
bilis adoleſcens ille Ponchinus & Dionyſius frater ꝓbe teſtati ſunt.
Eo ſum ductus maxie ut ueſtro contubernio ſi nõ oĩni momento
at q̃ ſæpe quoad licet intereſſe cupiã, ubi acutis & acrib⁹ ingeniis nõ
mõ priſcorũ dogmatũ theſauri eruunt, uerũetiã ætatis nr̃æ meditã
tur inuẽta, ubi nihil eſt uſq̃ uel diuinarũ uel humanarũ rerũ qd̃ nõ
inter fœcundos calices Ariſtotelico more in utrãq; partẽ diſputet,
quo in gñe (dii boni) quãto cũ ſtudio Andream noſtrũ illũ philoſo
phiſſimũ hoĩem abundãtiſſimo dicẽdi torrente ac ui ſermonis ꝓdi
tũ audiuimus oẽs, etiã in multã noctẽ ab eius ore pendẽtes, quom q̃
de re dicere illũ libuit ꝓpetua orõne uſus pulpitũ cõcederet nemi
ni. Ego uero Arceſilæ mõ & Carneadi contra oñe qd̃ propoſuiſſet,
conarer diſſerere. Meminiſti ne, qñ pugnãtia duo & contradictoria
in uno quodã latiſſimo inſtãti uera eſſe ſtatuebã, q̃tos ei riſus cum
exclamaret, ubi eſt inſtãs Capnioniũ. Nec mirũ ꝙ de ſuæ orõnis flu
mine tã multa hauſimus, cũ totus fluminibus ſcateat, unde tanq̃ de
ſpongia quãdocunq; altercationũ certamine comprimitur. Varii
manant philoſophorũ riui, inter cacumina doctiſſimorũ uirorũ, al
ter Apollinis Parnaſſus, ex quo Tanaim, Bactrũ, Choaſpen, Indum,
Araxen, ingentia flumina ſcribit Ariſtoteles ille Stagirita impetu
profluere, alter orientẽ uerſus Promethei Caucaſus, unde Phaſis len
to gradu elabit̃ alter ad occidentẽ uertex ꝑyrenæus, hinc Rhodanũ
illinc Tarteſſum emittens, alter in Libya æthiopicus tractus, unde
ægon & Nyſes & Chremes & Nilus, alter ad aquilonem Arcynium
iugum ut extat in Meteorologicis, unde fama celebris Hiſter exo-
ritur in Euxino ponto mergendus. Et hic noſter ignobilis Nicer ſo
cietate Rheni ad borealem Oceanum properans, quem uos fami
liariſſimi contubernales mei accolitis, & accolitis quidem ſine me
ad hos latices Pieridum, cum tanta uoluptate quanta ipſe Andreas
ad latices accubat balneorũ. Finge tu mihi hominem humi ſerpere
ad fontis ædiculam in meditullio æſtuarii mox repentem propere
poſt ſudores uixdũ meticuloſe primo illas ipſas fiſtulæ guttas ſum
mis digitulis attrectare, ac tãdem ſtillantem aquulam oſculari, clan

culo mordicare & lambere, deide insumere & resumere, postremo haurire, sorbere, deglutire, & usq; ad immensam satietatem ingurgitare. O q̃ prosperi Andreæ successus, O quãta fœlicitas. In siti humidum, in æstu frigidũ, tactu leue, uisu lympidum, auribus rauco murmure sonorum, dulce gustui; & salubres herbas, præterradens suauissimi odoris libamen. Iam cogitanti mihi arescũt fauces & ipe sitio, qui Andream aquas potare scribo, nõ Tantalum qui ne labra quidem admouet, sed memoratu dignissimum Protea illum & sacerdotem & uatem. Affer igit̃ mi Vigili helueolum tuum quod græce chenopoda dicimus, ut relictis Andreæ Nereidibus tecũ bibamus, simulq; cum religionis nostræ colũna Iacobo theologo Selistarino quẽ apprime ãdiligo. Et quidẽ fauẽtibus superis cõbibemus tandem aliqñ, & una cœnitabimus, quando noua inter uos stella oriri & lucere uisa est, non ex ueteribus planetis unus, quos maiores nostri errones uocauere, sed sydus aliqd̃ summatis orbis ille consultissimus iuris Venigerus, quem suo merito uas legum appellauerim, ut Bald⁹ Azonem. Vale fœliciter cum tuis immo nostris, & Dionysio fratri benefac ob amorem in te meum. Ex Stutgardia sexto Kalendas Octobres. Anno. M. D.

Conradus Leontorius monachus Mulbronensis, Ioanni Reuchlin, latine Capnioni Phorcensi. S.D.P.

FEstinabam fateor sed frustra mi iucundissime amice, ut te Stutgardiæ pro tua in me beneuoléti & ꝑ mea in te ꝓpetua obseruantia alloquerer ac amplexarer, sed interuenit occupatio tua, immo nõ tua sed aliena, qua utinã non esses obstrictus. Sed interim ab illo iucundissimo literario ocio necessario auocaris, ne forte cõtemnere uidear id cuius sub umbra tẽporario emolumento creuisti. Verum enimuero quom præstantissimum animum tuum, & illam ingenii tui naturam acrimoniamq; curios⁹ scrutator exploro, uideor mihi in te uidere quod excellentissimi philosophorum aut neglexerunt aut minime fuerunt attentare ausi. Socratem siquidẽ illum Apollinis oraculo sapientissimũ iudicatum, ciuilia Reip. gubernacula tractauisse non proditur memoriæ. Platonis diuinum ingenium intra celebratissimam academiam emicuit. Stagirita Aristoteles Alexandro Magno se pædagogũ q̃ exercitus impatorem præstare maluit. Quid Stoicorũ Epicureorũq; uulgatissimos prin-

cipes commemorem? nonne intra philosophiæ sinum inglorii cõ
senescere q̃ imperatorias mortes triumphis ornatas subire malue-
runt? adeo paucos inuenies qui theoricam laboriosa cum ciuilitate
coniunxerint, & reipub. fungentes muneribus se nihilominus philo
sophiæ studiis addixerint. Te uero unum admiror, qui utrunq; mu
nus splẽdidissime soleas obire, & hinc quidem publici muneris ora
torem te ita exhibes ut paucos, philosophiam uero adeo eleganter
subtiliter, profunde indagare, elucidareq; cœpisti, ut nullos tecum
hac tempestate conferre nec ausim nec possim. Huius meæ opinio
nis immo uerissimæ existimatiõis feci periculum. Quom enim Ba
sileam Ioannem Amorbacchium conuenturus peruenissem, pro
sua in me beneuolẽtia iucũdissimo & elegãtissimo donauit mune
re, illo scilicet ope tuo de Verbo Mirifico, prius mirifico qd̃ prim⁹
ego ex illa officina sua impressoria deportaui. Legi plegi relegi, sũma
cum admiratione inuentionem, eloquentiam, enodata mysteria, &
quod nullus ante te latinorum ne cogitauit quidem illud Ihesuh tu
um, obstupui. At quid facerem? quid dicerem? fœliciss̃imo auspicio
in lucem es editus, submurmuraui tacitus. Germanum nomen ha-
ctenus barbarum existimatũ immortali es gloria illustraturus. Ma
cte ingenio, macte doctrina uir eruditissime & amicissime perge ut
cœpisti, ne semper Germanicam eruditionem Italicum irrideat su
percilium. Tractas quidem Re mp. sed interim summi philosophi
& eloquentissimi oratoris munus implesti. Si quis deus romana ro
stra & campum Marcium redderet, desperarem ne illustrem ora-
torem in illo splendore præstantissimorum uirorum te euasurum.
Refloreat illa tot seculis decãtata academia, an sub diuino Plato
nis ingenio dubitem te non maximi philosophi nomen habiturũ?
patere queso ut citra omnem adulationem te admirer ac laudibus
ornem, & quidem meritissimis. Ego te trilinguem immo quinqui
linguem Sueuum Romano Tullio non æquo tantũ, sed etiam præ
fero, tanti existimo ex hac barbarie in tantam eruditionem emer
gere potuisse, sed de hoc satis. Redeo ad mirificum illud opus tuũ,
quod statim quinquies emptum indomito Rheno demirandum
transmisi. Verum tuũ hoc indolui, q̃ præter omnem uoluntatem
meã in ipso frontispicio tam mirifici opis tui nomen etsi obseruan
tissimi tui, pauperis tamen ineruditiq; Cõradi uisitur, legiturq; Lon

ge ſiquidem cultioribus & dirioribus ornamẽtis ueſtibulũ illud pri
mũ intrantibus decoratũ politũq; eſſe debuiſſet, ut blando ac diui
te aſpectu lecturũ nuira & abſtruſa illa myſteria alliceret caſtũ, de-
terreret prophanum. Vereorq; ne incultũ illud frõtiſpiciũ lecturos
alioqui multos ſubmoueat, dũ hinc periculũ de toto reliquo orna
tu ſint facturi. Sed me tibi excuſo amiciſſime amice, neſcieba opus
tuũ chalcographo eſſe datũ, neſcieba te extremã impoſuiſſe manũ.
Sed cum Moguntiæ Abbatẽ quẽpiã mihi incognitũ librũ de eccle
ſiaſticis ſcriptoribus cõponere didiciſſem, admonui Iacobũ Seliſta
tinum ut nois tui apud illũ Abbatẽ ſumma q̃ta poſſet cõmendatio
ne meminiſſet. At cum tũ illud Abbatis Baſileæ imprimeret opus,
Iacobus ipſe Vuimphelingius lras meas Ioanni Amorbacchio trãſ
miſit, ut ex ipſis nomen tuum cũ debita cõmendatione excerptum
inſereret catalogo ſcriptorum. Cum aũt interea opus tuum Mirifi
cum inciperet imprimi, pro quodam argumento opis tui epiſtolã
meam præmiſit. Quæ oñia Ioannes Amorbacchius mihi retulit,
ex cuius ore me tibi iucundiſſime amice excuſo. Quod tñ tecũ Ger
manorum facile oñium doctiſſimo (qñquidem ita accidit) iuncta
noia fero, q̃gratũ mihi fore arbitraberis. Iam pridem fratrem me
nominabas, nunc tibi multo ſum iunctior, præſertim eũ prima illa
eruditiſſimi ingenii tui fœtura, ſine nomine meo in lucẽ nõ ſit edi
ta, ſed reſtat aliqñ coram largior confabulatio. Cæterum uelim co
gnoſcas conſilium meum, neq; eñ poſſim ab amico quid facturus
ſim abſcondere. Ad Alemaniam reuocaui Mulbronnenſium roga
tu, Gallias deſero, Seruitum Mulbronnæ ueni, nõ ſolum præter ſed
contra uoluntatem reuerendiſſimi domini Ciſterciẽſis, qui me ho
nore & ueneratione plus debito proſequutus eſt. Iurauitq; me poſt
annum reuocaturum ad ſe. Deinceps tñ me Mulbronnæ reperies,
habebis ex me literas crebriores. Quæ eñ neceſſario ſum iterroga
turus multa habeo. Nihil poſtulo niſi amicitiã beneuolentiam hu
manitatem tuam, quã mihi ut ſpero non denegabis ſiqñ Mulbron
nam tranſiueris, me compellabis. Tuus eñ ſum, tuus permanſurus.
Miſi tibi literas doctoris Ioannis Heberlingi ex Dola, circiter Kalẽ
das Nouembres, ſi ad manꝰ tuas peruenerint neſcio. Ipſe ſe tibi per
inde atq; præceptori chariſſimo commendat. Vale fœliciter tertio
Kalendas Apriles. Anno. M.CCCC.xcv.

Conradus Leontorius Ioanni Reuchlin Phorcensi. S.D.P.

SAlue præstantissime ꝓceptor tanꝙ frater colendissime, quá sim memor & amans præstantiæ tuæ, uel ex hoc coniicere potes, q̃ memoria tui in qua libẽtissime respiro adeo mihi semper præsens & ut dici solet ad manum est, ut quaqua uersum me uertero te tñ haud quanꝙ derelinquere aut obliuisci tui possim, tanta est in te humanitas naturæ munere & opa tua insita, tanta erga oés beneuolentia, tantum optimarum artium, tm̃ eloquentiæ & musarum nõ modo latinarum, sed & graiarũ familiaritas, ut ipsi barbari te diligere, te uenerari obseruareq; allicianť. Ego uero si non te ut dominum, ut fratrem, ut parentem summa charitate & ueneror & obseruo, sum ꝓfecto & ingratus & indignus erga me ingentis beneuolentiæ tuæ. Sed existimo me apud tuam humanitaté nulla quidé alia te q̃ diligendo, uenerando, & obseruando, minime ingratum inueniri. Tu interim ut pro tua constantia facis, illum erga me aím tuũ candidissimum cõseruabis, ut quom illa iterum dies fœliciſſimo sydere aduenerit, possim tè sine rubore & alloqui, & ut parentem amplecti. Cæterum ꝑstantissime. D. ex Mediolano ad te literas expeditas datur⁹ eram, sed qui ꝓferret inueni neminem, eas mecũ simul & doctori Adolpho designatas Romam apportaui, quas ad te cũ præsentibus mitto. Adiunxi & alias ad amicos meos literas, quas etiam colligatas tibi ideo dari iussi, ut pro tua in me charitate eas omnes diligenter reddas quo oporteat. Viue & uale cum præstanti coniuge tua. Romæ Nonis Martiis. M.CCCC.lxxxix.


Nicolaus Basellius monachus Hirsaugiensis, Ioanni Reuchlin Phorcensi. LL. doctori. S. D.P.

EX Spanheméſi academia me denuo í patriá rediisse humanissime uir etiá si te fugisset, uel ex datis ad te lris ad. vi. Id. Iulias intelligere potuisti. Q d̃ uero in hũc usq; diẽ respondere distuleris, non potui nõ siniſtrũ aliquid uel de ipsis literis uel amore in me tuo suspicari. Quare & has quoq; prioribus adiicere nõ iniuria curaui, quo plane tibi ego non tu mihi taciturnitatis culpam impingeres. Sed hæc missa. Nunc quod meæ est sortis, ego hic inter Atticos Rhomuleosq; triumphos & dego secure & ualeo perbelle. Deus hãc fortunam secundis uelis plurimos in dies dirigat. Tu vero quam in te rationem habeas; & si mihi ex Iacobo nostro Mulbron-

nensi monacho perspectissimum sit, nihil tamen certius tuis epistolis auspicari possum. Velim igitur doctissime uir chariorem tibi pupillum q̃ eum qui te diligit uehemẽter & plurimum obseruat nefeceris, mea etenim in te obseruantia peruetusta nec calcaribus eget, nec monitore, ipsa sibi sufficiens, etiam inter uariarum strepitus occupationum ustulare uidetur. Retulit mihi quidam ex sancti Francisci obseruantia Paulus nomine hebræis te literis sudare, atq; prodiem efficere, ut sicut græca ita & hebræa quoq; lingua studiosis pateat. Non potui nõ mirari diuinum hoc tuũ ingenium, laboresq; iustissimos commẽdare, quippe qui græcam nostris iãpridem Germanis linguã primus omnium, ut ita dixerim, ab inferis reuocasti, & modo hebræũ idioma ut cõmune fiat oĩbus literaroria palæstra exercitatis enixissime laboras. Facis tu plane & probe & docte, philosophorum antistitis oĩm (Platonem dico) sententiam imitatus, sic enim apud Architam suum ait, οὐ μόνον ἡμεῖν γεγόμαμεν ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μὲν τὶ πατρὶς μερίζεται, τὸ δέ τι, οἱ γνώσαντες δὲ καὶ οἱ λοιποὶ φίλοι. Debent igit̃ tibi præstãtissime uir & Germani & Itali Frãcigenæ & Anglici immo doctiorum ecclesia tota plurimũ utpote qui tantũ & laboris & sudoris onus subieueris. Verũ iuxta græcum adagium, ἄπρακτόνου καὶ καμάτου οὐ λέγω ἔργον ἐυκολομ καὶ ἐυονομαστὸν καταρθοῦται. Cessabit ergo iã perfidus quisq; in angulis mussitare iudæus, ut uiderit sese unico hoc tuo & splẽdidissimo opere de uictũ, Theologi quoq; nostri tibi gratificari debebunt, quippe qui ipristinã gratiã sacras literas atq; historias cum ipsa ueritate, tua opera rediisse intelligent. Nostrates uero Sueui quib⁹ tuis ipsis uigiliis teneantur gratitudinibus obstricti, ne Apollo quidem ipse fari possit, Vtut ergo extremam manũ operi impoſueris (quod breui utinam fieret) me quoq; participem facere digneris, & plurimum rogo, & uehementissime oro. Vale literarum decus & asylum, Germaniæq; oculus dexter. Vxorem tuam ἀσπάζομαι. Iterum uale. Ex Hirsaugia xviii. Calend. octobres. Anno M. D. I.

Nicolaus Basellius Hirsaugiensis monachus, Ioanni Reuchlin Phorcensi LL. Doctori S. D. P.

NVdius tertius quẽ Apedibus seruum miseras, hospite insaluto, uel ut aiunt, post fores petita licentia recesserat. Nã ego cõfectis extẽporaneis ad te literis nõnihil de rure tuo scribere



ſtatuerã, celeri aũt præuentus abitu nuncii quod obiter uix ægre di geſſerã ad te dare non potui. Verũ ſerui tui ſiue Dauus ille ſiue œdi pus ſit craſſam negligentiam Battus noſter ſupplebit. Gratulabor ergo tibi amiciſſime Capnion, q̃ rus colere tum primum didici cũ tuas ad me ſuauiſſimas literas perlegiſſẽ, quodq; a populari tumul tu & negociorũ ſtrepitu plurimorũ te ſubtrahere, tibiq; ipſi uiuere inceperis. Iam nunc enim philoſophũ hoiem præ te fers, qui hacte nus cauſidicũ & forenſium litiũ te negociatorem conſtitueras, nũc liber tunc aũt ſeruus uidebare. Hoc idem autem & Tullium feciſſe noſtrum & Varronem, Apollonium quoq; Philoſtratus ait. Nam M. T. Cicero depoſita toga curiſq; poſt tergum reiectis in Tuſculũ ſecedens, nõ iam popularium quæſtionibus rerum ſeſe commiſce re uoluit, ſed ſecretius deliteſcens philoſophiæ operã dedit, Xerxes etiã magnus iſte Perſarũ rex non tam armis q̃ agris colẽdis curam egit, Romulus item quo temperanter omnes uiuerent duo liberis tantũ ſtudia reliquit, agricultura ſcilicet belliq; artes, hac enim uita tẽperatiores fieri homines iudicabat. Numæ quoq; Põpilio nõ mi norẽ colẽdi ruris fuiſſe curã q̃ Romulo legimus. Et quid de Quinto Cincinnato oppreſsi cõſulis & exercitus liberatore? Quid de Fabri cio & alio Caio Fabricio Curioq; dentato referã? qui in colẽdis a gris & rure tantũ ſtudiũ, curã operãq; impendebant, ut alter eorũ ab aratro uocatus ad dictaturã uenerit, alter faſcibus depoſitis ad iu uencos redierit. Sed quid ſus Mineruã πλαῦκας εἰς ἀθήνας. Quare tuo ruſculo incluſas nõ alitũ quas tecũ centenariũ iam numerum æquaſse referunt pippinationes, non porcorũ grũnitũ, ſed ut cepiſti philoſophiæ & abſtruſarũ quæq; rerũ ſecreta rimari pgas oro. Hæc olim philoſophorũ ſtudia ſunt. Hæc te doctiſsimis quibuſq; nõ dico æquare, nam id tibi factu eſt facilimũ, ſed ſuperferre poterunt. Cæte rũ de Pauoniſsa nõ eſt quid ſcribã, tenes nanq; quod magnope lite ris a me fieri flagitaſti. Sed ego te omni tua opinione de cãdidis fru ſtrati q̃ maxie timeo, quia nos hic pauos albos maſculos inter tin ctas & maculoſas habentes nunq̃ albas parire, ſed ſemper diuerſico lores uiderimus, niſi fortaſse tu fœtus præſtygio procreare uel arte aliqua ipſa oua excubare noueris. Vxorẽ, tuã pedibus laborãtẽ gau deo tuo rure delectari, quã meis uerbis ſaluere iubeas oro. Iterum iterũq; uale fœliciter. Ex Hirſaugia pridie Caleñ. April. Anno 1509

Nicolaus Ellenbog prior monasterii Otthenburensis Ioanni Reuchlin. LL. doctori. S D.P.

REdditus est mihi Cratylus una cũ lris tuis uir literatissime, q bus aduersa te ualetudine laborare doléter accepi. Grauaris tu quidé cõmuni literatorũ incõmodo. Solet eñ plærũq; pi tuita eos q lris sunt dediti molestare, qd ex Marsilio Ficino platoni co illo pho de triplici uita opusculũ haud cõtemnendũ legés scire potuisti. Deus Opt. Max. a quo ois medela, faciat ut q̃primũ sanita ti restituaris, ut nedũ mihi aliq̃n ꝓdesse possis, uerũ eriá toti eccle siæ catholicæ. Quantã eñ iacturá (citra adulationé loquor) imatu ra tua mors uniuersali ecclesiæ allatura sit, nemo ignorat, mi literarũ ignarus. Rursũ ꝙo q̃tũ uita comite sacris lris inuigilans ꝓdesse possis dici nõ põt, potissimũ tãta eruditione & linguarũ pluralitate pollés. Ego sane ut petis ꝓ te dignissime uir orare q̃fidelissime apd deũ non desistã. Tu uero ubi sanitaté receperis, secularibus postha bitis negociis, ad diuinas eruendas scripturas totus incumbas præ cor. Audeo eñ hoc mihi polliceri, si eiusmodi te armaueris propo sito, sanitatem tibi propedié deo largiente reuersurã. Vale fœlix. Ex Otthenbura. xii. Kalen. Februarias. M. D. X.

Nicolaus Ellenbog prior Otthenburensis, Ioanni Reuchlin Phorcensi. LL. doctori. S.D.P.

FVit apud nos Bacchanalibus his diebus ingenuus uir facundissi musq; immo alter Vlysses Dieteganus Vuestersteten, cum quo tibi non parua familiaritas est. Qui sane te sanum & incolumé prædicat, quod profecto nũcium mihi gratissimum fuit, te eñ opti me ualere uoluptati mihi permaximæ est. Deus Opt. Max. faciat ut q̃longissime & uita & bona ualetudine utaris, ut cum patriæ tum uniuersæ Germaniæ utilitati & ornaméto sis. Sed & literatis studio sisq; omnibus ueluti sydus præfulgidum præclarissimos multiugæ doctrinæ tuæ radios diutissime effundas. Ea enim de te mihi sentétia est, ut tam diu scribas & ingenii tui nobilissimas dotes effundas, q̃diu uiuis. Nec tãtæ tuæ sint in rebus agédis occupatiões, qn bonis lris ingenuisq; studiis semp incũbas, & q̃pluria posteris monuméta relinq̃s, qb9 te post lõga ét annorũ curricula uixisse testeris. Vereq; tũc uiuere incipias, ubi uita funct9 fueris, sisq; in ore oim hoim ocu lis sublatus. O te fœlicé, q cũ honestate famaq; pclarissima & rei pe

tuliaris copia, tñ bonarum ſcientiarum theſaurum, cum linguarum interpretatione nactus es. Sñt plane hæc dona ſummi datoris, a quo omne datum optimum & omne donum perfectum eſt. Facis aũt tu prudenter & fideliter qui talentum tibi creditum nõ abſcondis, ſed ampliſſimo cum fœnore reddere ſtudes. Hæc humaniſſime doctiſſimeq; uir ad te ſcripſi, nõ aſſentatiõe aliqua ductꝰ, ſed animi oblectandi gratia. Nam uoluptate non modica afficior, ſiqñ occaſio mihi offert̃ de te q̃ honorificẽtiſſime loquendi. Sed & ad te ſcribere aut tuas uiciſſim legere lr̃as, tã dulce mihi eſt q̃ qđ dulciſſimũ, nihilq; auidiꝰ deſydero q̃ poſſe aliqñ corã te alloq, & ſuauiſſio tuo colloq̃o frui. Rogat te Abbas meꝰ bñmeritus, rogo & ego ut aliqñ opportunitate capta ad nos cõcedas. Cæterũ inq̃rere iuſſi mercatores lõge lateq; græcã bibliam, ſed hactenus mihi contingere potuit nulla. Velim itaq; ut ſiquam uenalem noueris, litteris me certiorẽ reddas. Vale bene uir integerrime, & me tibi deditiſſimũ ſcias. Ex Ottenbura. x. Kal. Martias. Anno. M. D. XII.

Sebaſtianus Murrho Colũbariẽſis Io. Reuchlin Phorcenſi. S. D. P.

DVdũ uir p̃ſtãtiſſime tuũ iucũdiſsimũ aſpectũ, teq; corã uidere deſyderabã, mirabarq; cur tãto tpe Ilſaciã nõ uideres, eaq; tua p̃ſentia deſtituer̃, ſed nõ ab re id fieri autumabã, iũctꝰ. nes & generoſo & iduſtrio pricipi, q̃ tua opa doctria ac iduſtria multũ eget, iucũdeq; p̃fruiꝫ. Nunc aũt tertio kal. Iulias accepi tuas deſyderatiſsimas lr̃as, q̃bus te doctiſsimũ uirũ mei nõ ſolũ memorẽ fuiſſe intelligo, ſed ſtudioſe q̃ ego ignoraui lucubratiõe diligẽtiſsima q̃rens indagaſti, meq; tandem inſtruxiſti. Qua de re tibi gratias ago maxias, meq; tibi totũ deuoueo. Moyſen quẽ antiq̃ſsimis nõ ignotũ fuiſse, græcis edocuiſti, eiuſq; diuino ore p̃lata leges inſtitutaq; a latinis tãq̃ barbariẽ ſapiẽtia & utpote ueræ religiõis inimicis ſpreta ad te miſsũ uti deſyderas, & q̃dem flagrãter, feciſsẽ, ſi rotus apd̃ me interp̃tarꝰ foret, ſed quom ſolũ Exodũ habeã (ab eo. n. libro cœptũ initiũ eſt) ob hebrææ linguæ librotũ penuriã, librariꝰ aũt quotidianis negociis ip̃editus eſt, ut huic rei operã dare nõ ſufficiat. Curabo optie doctor, ut breui Moyſes neq; tibi, neq; mihi deſit. Partẽ libri tabellario huic oñdi, nõ q; me fingere putes, ſed ut deſyderiũ tuũ in Moyſen creſcere faciã. Quẽ cũ Ilſatiã ueneris, tũ pro tuis ſcriptis doctriniſq; pro Moyſe grates cõdignas pro mea uirili exhibebo. Vale.

meq; inter tuos ſtatue amicos. Iterum uale fœliciter. iii. Kalen. Iuli as. Anno ſalutis. M.CCCC.lxxxvii. Ex Colmar.

Vuolfgangus præpoſitus in Ror, Ioanni Reuchlin LL. Doctori. S. D. P.

QVo te nomine uocẽ clariſſime doctor ac noſtræ ætatis oĩm excellentiſſime, etiam ſi omnia membra mea uertantur in linguas neſcio, nec tu laude mea indiges, quom laude tua plena ſit terra. Ideo fama tua excitat9 quæſiui. Magiſter is ubi habitat; Et dixerunt ueni & uide, Ecce in Sturgarten. Venirem perſonaliter & uiderem, niſi cura rei familiaris humeris meis confractis impoſita prohiberet. Nec hominem alium ſub ſole poti9 uiderem propter ſacras literas hebræas, quas præ omnibus calles, in quibus & ego utcunq; proficio. Sed id præ omnibus auidum me reddit, quacum tua una cũ Sidonio & Baruchia de Verbo Mirifico tractabas, ego licet indignus ad parietem aſtiti & audiui quomodo ille uetus Baruchias aiebat, q̃ pronunciatio nominis ineffabilis compræhenderetur tribus commatibus ſub una periodo, eo loco quo Moyſes de ineptitudine linguæ conqueritur. Sed hodie dictum Baruchiam non intelligo, nec expoſitionem dicti nominis (licet in manu mea ſit Sepher thillim) capio, quia extra ſacellum extiti, in quo licet nõ idola tñ cancelli iuxta morem gentis noſtræ alti ſunt, quare intro ſpicere non potui, quomodo ipſe hebræus ex. lxxii. uerſibus quælibet ſancta ſignacula digito monſtrabat. Verum ex uoce tua audiui te ibidem, & cõieci te ſingula perquã diligenter aduertiſſe. Ideo ut uerbis tuis utar, ſi qua ſcis quæris auditorem ut ex te diſcat, ita plurimum delectaris communicatione & liberalitate ſtudiorum, nec neceſſe erit orare ac uix tãdem exorare auditorem, quia auidus audiam ſaltem calamum tuum de pronunciatione & expoſitione mirifici nominis ex locis ſupra nominatis. Scripſiſſem illi Baruchiæ, ſed ut ſcis inhumanus eſt, & pro conſuetudine gentis ſuæ non ualde amicus, & de genere hominum qui talentum libenter ſuffodiunt & ſcientias occultant. Sed & Capnion ex his creditur quia uix afflatu inſpirat de uerbo crucis cui9 Areopagita in eccleſiaſtica hierarchia meminit. Sed tu Ioannes Reuchlin oĩa cõmunicabis Vuolfgango tuo, qui in hac canicie ſua nil habet p̃ ſolatio niſi ſacras literas. Ipſe arcana uelamenta & ſecretiſſima ſymbola non ſparget in aurã, ſed

silebit, celabit, tacebit, & Verbum Mirificum perq̃ diuiniter colet. Vale fœliciter. Ex monasterio Ror ordinis S. Augustini canonicorum regularium. Anno domini. M.D.I. in die. S. Viti.

Hieronymus de Eudorff doctor & miles, Ioannī Reuchlin Phorcensi. S.D.P.

VT tres Magi stellarum quondam obseruatores, saluatori nostro preciosum obtulerunt thesaurum aurum thus & myrrham. Sic tibi illius apud nos mortales œconomo fideli, primum eorum & optimum quod mihi est his impositum mitto. Et recte inquam nescio, quomodo cum aurum quidem sit pro temperamento Iouis, maxime omnium temperatum, quod non solum ut arbitror uitæ, sed & religioni ueritatiq; ipsi quodāmodo conuenit. Insuper aureus hic nummus, leonis habet imaginem crucis signum ferentis, quo lustrator mundi communisq; dux cœlestium Phœbus sedem tenet, tiquam tibi uexillum hoc committens atq; collocans in manus tuas, quod nobis semitam ad deum aperuisti, & plane instruis. Præterea altera ex parte nummus iste diui Petronii senis illius simulacrum habet, quod Saturno altissimo planetarum religionis arcanorumq; custodi idoneum & per consequens tuæ hebraicæ institutioni ad gratiarum actionem forte haud incongruens munusculum sict. Non q agam sicut debeo, sed ut possum, neq; ut possim, sed ut deus spiritꝰ & mēs est, tuq; eius ut œconomus, sciamus nil aliud amare nisi mundam mentem, bonaq; pro amplissimis suis donis potius uoluptate quā holocaustis esse contentū. Nam pro tuis rudimentis hebraicis quæ nuper impressa repi ac comparaui, immortales refero gratias, semperq; habebo. Ac quamuis corporibus satis longe distemus, tu quidem in Sueuia, ego uero in media ferme Bauaria habitantes, tamē animus meꝰ penes te esse dudum cœpit, & in tuis sacris laribus conquiescere. Vtinam & tuus in mea humili casa aliquando uicissitudinem ageret, cum tibi forsan notus nec sim (alter enim alterum ante nunc decennium duntaxat uidit) nec dignus sancto tuo consortio. Quoniam igitur quum superiore anno ex curia Cæsaris domum me contulerim (licet adhuc consiliarius suæ maiestatis & cameræ sollicitator sim immeritus) colendo agellum ut tempestiuius sarcinas colligam antequam proficiscar e uita, tum inter ociū

literarium ueritatis ardore gratissimis amplector ulnis institutiones tuas, illisq; conor operam dare. Sed dulcissime mi pater cum cæteram docentis uiuæ uocis oraculo, obsecro ut unum mihi mittas, quem forte instituisti pro cura huiusce rei. Nam illi ei cum uictu dabo per annum uestimenta & de salario quicquid dictaueris, ut tamen ualeat in equo mecum ambulare, quoniamquidem sæpicule existo foris, etiam plus dimidio temporis amicorum temporibus transmisso. Et quicquid in meipsius atq; unius filioli mei institutionem fuerit, haud denegare digneris quæso. Iam nil amplius ne epistolæ modum excedam, quæ nõ debet sinistram manum legentis implere. Vale fœliciter. Ex ædibus nostris Mosen pridie Kalendas Februarias. Anno. M. D. IX.

Ioannes Stoffler Iustingensis, Ioanni Reuchlin I. L. doctori. S. D. P.

FIguras cœlestes ortus & conceptionis tuæ. Item anni præsentis & futuri reuolutiones ad te mitto uir spectatissime. Eas quum iter ad episcopum hodiernum Vuormaciensem habui obtulissem, sed te domi minime offendi. In regressu a Ladenburgo per aliam uiam reuersus sum ad ædes meas. Habes ut spero cœlestes figuras perfectas a me, summa diligentia examinatas, ex quibus facile de pluribus tibi accidentibus iudicabis. Vale iterumq; vale. Ex Iustingen. viii. Idus Maias. Anno. M. D. IIII.

Ioannes Stoffler Iustingensis, Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

EX literis tuis accepi instrumentum uerorum motuum solis & lunæ ac passionum eorũdem a. D. præposito in Denkendorph tibi donatum. Gaudeo uehementer, utinam eandem seruaret integritatem & splẽdorem quam habuit dum ex officina mea ad eundem abiit. Pro eius regimine nulli mihi sunt canones. Semel enim rite uerificatum sola motatione aut prouolutione singula iuste patent. Constitueram apud me pro his & aliis absoluendis ad te aditurum, quod in hodiernum usq; diem distuli. Vexor quotidiano morbo sinistri cruris, nescio spasmatico an alio, adeo uehementer ut equo insidere penitus abhorream. Spero tamen rediuiuum tempus nernum uires mihi & sanitatem restituturum. Characteres planetarum libẽter sculpam, sed quo pacto reti tenui sine læsione

infigi possint non intelligo. Singula absoluemus uita comite, uiribusq; reassumptis, In hebræo sermone quo abunde doctus es si sint hæ dictiones bobel & bouel, earundē peto cū p̄senti gerulo interp̄tationē. Vale fœliciter, Ex Iustingen. viii. die Aprilis Anno. M.D.II.

Georgius Similer, Ioanni Reuchlin Phorcensi.
LL. doctori. S. D. P.

NOn possum illud probatissimi poetæ p̄ceptor doctissime nō recordari, q̄ te tam læta tulerunt secula. Ænea in gratiā Didonis orāte, q̄n nobis infœlicitas temporū (iniuriā uerius dixerim) inuidit eā supellectilē q̄ ad ingenii cultū ptinet, appellamur & interpellamur assiduo ꝓpter extirpandā barbariē in sacris codicibus ex Amanuēsiū lituris passim interlitā insperſaq;. Verū eñuero falx deest. Nobis quidē uidet æqui boniq; facile esse consulere internos, q̄q̄ (ut est apud Hieronymū in proœmio super Iob) tāta sit uetustatis consuetudo ut etiā cōfessa plærisq; uitia placeant, dū magis pulchros habere uolūt codices q̄ emēdatos. Proficere igit nobis est ausi si codices hebræi extarēt, ut genuino & gētilicio idiomate uersari dirū & pestilentē quibusdā & fere publicum erroré eximerem⁹, qui. S. spiritus oracula diuinitus ad nos deriuata, ꝓ arbitrio suo corrigere, potius inuertere & deprauare conant. Tu nobis ansam caputq; falcis præbe, & uel psalteriolo uti pollicitus es succurre, mox mox ad ædes tuas redituro q̄primū. Scio nanq; pectus tuū recēti adhuc æstu curarū ex ædificatoria sollicitudine q̄ddam deferuere indignum liberalissimis literis, hebræas significo, q̄ uirū undiquefariā rotundum integrūq; & nulla penitus animi nebula turbatū sibi uē dicant, q̄ possunt exclamare. Sancti estote, nos q̄dem sanctæ sumus, lingua certe breuis, sed suci ac sensus plenissima. Quid plura? Misertū est me Reipublicæ literariæ, quotiēs cogito me me esurire cōdices chartaceos, atq; alii parcissime tractāt eboreos. Vale caput & columen literatorū, qui perindē alios superas, restinguit stellas exortus ut aerius sol. Datæ Phorce. xii. Kalen. Iulias. Anno. M.D.IX.

Beatus Rhenanus Selistatinus, Ioanni
Capnioni Phorcensi. S. D. P.

IAcobus Faber Stapulēsis uir ex oñi æuo incomparabilis oīmq; disciplinarū uberrimus fons, qui philosophiā nimio situ squalentē & suo uiduatā splendore ita illustrauit, ut Hermolao Barbaro

& Argyropylo Byzátio ꝓceptoribus (quod quodã loco adnotaſti) olim tuis huic lõge plus nitoris attulerit. Ille.n. præter latinitate donatũ paraphraſten Themiſtiũ & Dioſcoridẽ adhuc a quibuſdã ſupꝑſſum parũ quod quidẽ editũ ſit elucubrauit. Alter totã Ariſtotelis philoſophũ in latinũ e græco uertit, ſed nudã nulliſq; illuſtratã cõmentariis, quo legentiũ mẽtes obſcura eius philoſophi ſenſa facilius intelligãt, hic uero peripateticã doctrinã ita reddidit puiam, ut neq; Ammonio neq; Simplicio aut Philopono iam ſit opus. Is inquã celebertimus uir cũ ego apud Pariſios philoſophiæ ſtudiorũ aſſecla degerẽ, mihi opido familiaris fuit, quo factum eſt, ut & i Germaniã reuerſo mihi, de rebus ſuis nonnunq; ſcripſerit. Et quoniam Cuſani omnium Germanorum doctiſſimi opera a ſe recognita impꝛſſioni tradere in animo habet, elapſo iam tẽpore per literas a me rogauit, ut ſi quæ ſupereſſent eius uiri opuſcula ꝑſertim Directoriũ ſpeculãtis, quod Tritemius in Catalogo ſuo ponit excribi curarẽ. Dedi iam ego opam apud multos ut aliquid conquirerem, cum Moguntiæ apud Greſemundum, tum Friburgi apud Grẽgorium Ruſchiũ cartuſium, q̃ is uiſitatoris offieio fungens uarias bibliothecas, eius præcipue regiõis ubi Cuſa adhuc in humanis agens, frequens fuiſſet, ſæpe perluſtraret atq; excuteret. Hic aũt ꝑter libellum de deo abſcondito quem pridie excriptum habeo, & ſermones nihil ſe adhuc comperiſſe affirmat. Percontatus ꝑterea ſum a Pelecano Rubeacenſi, uidiſſet ne uſpiam tale quippiã, retulit is te multa habere quæ Cuſa compoſuiſſet, ſed paucis ea cõmunicare, quippe quæ apud te eſſent in magno ꝓcio. Significauit mihi hoc idem Ruſchius Cartuſienſis. Cœpi itaq; eruditiſſime uir exinde cogitare, quo pacto mea opera particeps eorundẽ libellorũ Faber efficeretur. Et primo cum de parandis ad te literis conſilium iniiſsem, & meipſum aſpicerem, fruſtra me cãturũ eſſe ſubuerebar, mox cum Fabrum cui hæc mitti deberent, & cui uix negari poſſent cõſyderarem, animus mihi fideter petendi datus eſt. Non.n. tanto uiro qui te & tua omnia mirum in modum laudat, extollit, magnifacit, te nõ obſequuturũ facile unq; crediderim. Qui de te in quintuplici ꝑalterio (quod ad hebraici & græci exemplaris archetypũ ueritatem fideliſsime recognitum, & uenuſtiſsimis notis informatum, mihi nuperrime muneri miſit) ita honorificã mentionẽ facit, ut libeat eius hic uerba recenſere, quom

de superſancto regis nostri & Seruatoris nomine loquitur, sic inquientis. Illud idem scripsit Mirandula, & de eodem librũ edidit elegãtissimus & sine controuersia inter Sueuos doctissimus Ioannes Capniõ, cuius paulo ante meminimus, quem quidem libellum ab illo diuino benedicto & mirando nomine de Verbo Mirifico nuncupauit. Hactenus Faber. Quin aliis in locis Reuchlinianorũ mdimẽtorum (sic. n. nominat) sæpe meminit. Vides igitur quãti te faciat Faber, quãtaq; honoris p̃fatione de te loquatur. Memini ego ex eius me ore nõ semel audire. Doctus & reuera is qui sit. Fumulum appellat. Hæc aũt si ut tibi adulet me in medium affert credis, lõge erras. Non enim ex eorum numero sum qui aliud blacterant, aliud in pectore clausum gestant, sentit animus cum calamo, lingua cũ corde. Moueare itaq; præstãtissime uir ad mihi commodã dos libellos, nõ modo ob Fabri in te beneuolentiam, sed & ob maximam Germaniæ laudem, quæ inde Germanis omnibus adcrescet. Excusi sunt iã pridem non inficior eiusdem dialogi multi, quos omneis & ego inter meam librariam supellectilem teneo, sed erratorum immunes non sunt. Quare cum iis recognitis atq; elimatis sermones quos expontificia Romæ bibliotheca excriptos habet, & tui dialogi accesserint, erit profecto opus undiquaq; cõsummatissimũ. Verum ut ad id faciundum propensior reddare, dono tibi misi elegantissimum politicorum opus, quod ab hinc triennium Faber Stapulẽsis ex sua officina emisit. Tritum enim est apud græcos adagium, χεὶρ χεῖρα νίπτει κ' δάκτυλος δάκτυλον. Da & accipe, mutuũ nanq; muli scabũt, ut est apud epigrammatariũ Burdegalensem. Tu igitur eloquentissime uir, morẽ mihi in hac re geras, quod si egeris, erit cur tibi perpetuo deuinctus existã. Si p̃terea propositiones Cusæ impressas, Symmachi epistolas, aut Egesippi historici christiãi libros scriptos apud te habes, patiare obsecro ut me adeant, & ad aliquot dies mecũ hospitẽtur, redibunt sancte polliceor. Actutum Hermonymus lacedæmonius non tam doctrina q̃ patria clarus olim tibi apud Parisios præceptor, & mihi græcæ linguæ tyrocinia expositi, tui subinde memor. Vale Germaniæ immo totius orbis decus, & Rhenanum tuũ inter eos referto, qui tibi sunt opido q̃ deditissimi. Ex Heluetio quod uulgus Sletstat corrupta nomenclatura uocat, decima luce Nouẽbr. Anno a Christo nato DD, D.IX.

Beatus Rhenanus Seliſtatinus, Ioanni Capnioni

SAlutem. Quaterniones illos membraceos quos ex Cuſæ operi
b⁹ commodato ad me dediſti eruditiſſime humaniſſimeq; uir
ea fide remitto qualem tu poſcere uidebaris. Excripſi ego Pariſi
oſq; ad Fabrũ noſtrũ miſi. Tu ſi quid iterim noui reperiſti, fac nos
quoq; participes, & laconice ſcribenti ignoſce. Ná hoc tpis negociis
oppido q̃ negocioſis diſtrahor, ut mihiipſi uix ſatis conſtem. De iti
nerario Antonini aliquid ad me ſcribe, ubinam uideris, & Antonini
ne ſit imperatoris, an ab aliquo eiuſdem Alibellis potius cõſcripꝰ
quod probabilius uidetur. Vale eloquentiſſime uir, & me ama. Ex
Argentorato xiiii. Aprilis die. Anno M. D. x.

Rodolphus Agricola Ioanni Reuchlin ſalutem.

¶ Εγχαλᾶσμοι, ὡς τῇ δευτέρα ταῦ σοῦ ἐπιστολαῖν κατὰ σ' μῖς
ἡμέτερον ἐθισμένον πρότολμον ἀποκείνομαι, ἀκούσῃ μέν σι, ἐπακοῦσαι
με τὴν ἀρετὴν, σ' ἢ πραγμά σοι ὀχ ὁρᾶσθαι πιστύοντι ταῦτα λέγοντί
σοι, ἀλλ' εἴπερ οὕτως ἔχει σ' ἀληθὲς, λόγον μὰ Δία Ϲ κενῶν ἀκηκοας
ῥημάτων. οὔτε τι ἐπαγγέλλομαι τὴν ἀρετὴν, οὔτε διωαίμην ἂν πῶς τι
ἢ πόθεν; καί τοι ἠρῶμαί σε τούτων ἢ τοιούτων τινῶν ἀκούσασθαι λόγων. ἀλ
λὰ τὸ τῶν ταῦτα μὲν αὐτὶ ἐμοῦ τε καὶ τὸ τερ ἐμοῦ λεξάντων πρὸς σοῦ
ἦ, ἤτοι σχε τ' θύνοιας τ' πρὸς ἐμὲ, ὅτι οὐ θύλεγειν με προῃρημένον, ἤτοι
ἀφ' τ' τ πραγμάτων ἀτνοίας ἐσφαλμένων, ἐγχε περὶ ἐμαυτ' σ' ἢ οὐ
τε ψευδολόγον οὔτε λαμπρότολον ἂν ἐπαγγέλλεσθαι θελῶμι. οὐδ' ὦ
θεὸς βουλοίμην. ἀλλὰ πρὸς ταῦτά γε εἴτι βέλτερον ἐθωνίσθην ἂν. νωὶ
κατὰ τὴν παγκάλλ γνώμην, βεβαρβάρωμαι χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις, χρὴ
δὲ οἶμαι τἀληθῆ λέγειν. ἄλλως τε καὶ αὐτων τῶν πραγμάτων τὴν ἀ
λήθειαν περὶ αὐτῶν ἐνλεξάντων ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἄλις καὶ ἄκαν ἐπὶ κα
λὰ δ' διωατόν μοι ἑλληνισὶ ὡς πρὸς τὰ σὰ ἑλληνικὰ. τὰ δ' λοι τὰ τῇ
ἡμετέρατε καὶ γνωσιμοτέρα φωνῇ ἐμοί γε ἄμεινον γράφειν.

Poſtulas a me uir doctiſſime uti literas ad te dem, idq; prope cõ
uicio a me efflagitas, ego contra, ad dandũ cunctatior ſum, Sapimꝰ
uterq;, tu ꝙ quicquid eſt hoc ſtudiorum meorũ, mauis tuo iudicio
q̃ alienæ credere prædicationi. Ego ꝙ haud temere mihi uideor cõ
mittere debere, ut iudicium tuum ſubeam hominis tã multiplicib⁹
diſciplinarũ literarumq; ornamentis expoliti. Quarum rerũ abun
de locupletes teſtes tuæ mihi literæ fuerunt. Gaudeo (ita me deus

amet) uicē tuam, & quum animi naturæq; tuæ fœlicitati, tū uero in primis fortunis Germāiæ noſtræ gratulor, quam ſi unquam, nūc aliquādo expergefieri oportebit, & ab hac barbariæ qua tot iam ſe culis uelut ſtupido ſopore uel potius λιθάργῳ πνὶ oppreſſa tenetur excitari. Quod autem eruditiſſime ſimul prudentiſſimeq; ſententiam tuam de hebraicis literis ad me perſcribis, facis tu quidem humaniſſime, credo etiam uera te dicere, quid faciam tamen ſi aliud mihi uidetur, ſcis enim quot homines tot ſententiæ, ut in rebus humanis perſæpe in mentem mihi ueniat dubitare, ſit ne uerum id quod priſcis nonnullis uiſum eſt, eſſe id optimum in eis quod ſit animo cuiuſq; gratiſſimum. Itaq; mirum in modum ſententia ea græci poetæ mihi probatur hac in parte. Οὔνεχ' ὑπερθενέϊ δλάπτει τὰ χέρεια θεῶν ἐν γούνασι κεῖται μοίρης εἰσ ἓν πάντα μεμιγμένα· ἡ τὰ μὲν οὔτις ὀίρκέται ἀθανάτων ἀλλ' ἀπροτίοπα τέτυκται, ἀχλυὶ θιωσεόν κεκαλυμμένα· τοῖς δ' ἔθρας οἴ μοῖρα πέλησι, καὶ οὐχ ὁρόασ' ἀπ' ὀλύμπου ἐσ πᾶν πρόϊσσι τὰ δ' ἄλλυδις ἄλλα φέροντα πνοιὴ ὡσ ἀνέμοιο. Itaq; adducar ut putem ſatis iuſtam cauſſam mihi eſſe, quare debeant eæ literæ mihi placere, hoc ipſum q̄ placent. Vt tamen ſcias quanquam non recte non tamen ſine ratione me errare, puto uos magnos uiros qui clarum uobis ſplendidumq; ex illuſtrioribus ſtudiis paraſtis nomen, etiam ſine his literis facile rationem uitæ ueſtræ poſſe reddere. Quæ quidem ſi deſint uobis nō magnopere deſyderentur, ſin aſſint uero magnæ laudi dentur, acceſſionem tamen quandam & uelut appendicem clarorum ſtudiorum minores has artes & eſſe uultis & æſtimari. At ego qui mihi ſterilem hāc (ut ita dicā) arenā excolendā ſumpſi, niſi aliqd amplius q̄ uulgus ſolet coner, quid erit quo a ſegniciæ nomine hæc mea ſtudia defendam. Itaq; ſi minus in uno quouis eorum præſtare poſſum, numero me tuear oportebit. Et hæc cauſa mihi communis forte cum multis eſt, id quod dicam proprie meum eſt. Reliquas literas aliis didici, cupiui enim pro uirili mea ſi qua poſſem literariæ Reipubl. patriæ noſtræ prodeſſe, quod niſi ſpectaſſem, erat mihi eadē q̄ oīb⁹ uia & ad res parādas uberior, & ad nominis claritatē illuſtrior, & ad hominū commēdationem gratior. Has aūt mihi diſcam, ſtatui .ſenectutis requiem, ſi modo ea me manet, in ſacrarum līarum per-

quisitione collocare, quum ita necesse habeam tunc libros eos legis intente pensiculateq; lectitare, uideor mihi eadem opera & literas hebraicas discendo eos legere, & legendis eis hebraice discere posse, simulq; τὴν ἰδιότητα ἐκείνου τῶν λόγων μυστηρίοις τοῖς ἡμῶν ἐμπερnoscere, Basilius quoq; noster quē deterruisse te scribis acriter me incitauit, secutus tamē fortasse impetum meum, & calcaria (ut dicitur) currenti subdens. Quin tu quoq; qui contraria sentis nescio an acerrimis me facibus extimules, turpe nanq; fuerit mihi uel nolle id uel non posse percipere in hoc studiorum ocio, quod tu tantis tanq; diuersis distractus studiis discere potuisti. Basilius de quo scribis in patria est, fuit mihi arctissima cum eo familiaritas, nuncius interpellat. Vale. Heidelbergæ quinto Idus Nouēbres.

Rodolphus Agricola, Ioanni Reuchlin Phorcensi Salutem.

QVum Plynius meus uel noster potius (quid enim debeo nō commune utriq; nostrum putare præter insciti am meam) & eum præsertim quem quantum mihi longus usus familiaritasq; uitæ conciliauit, tantum tibi studia præclara uirtutesq; deuinxerunt tuæ. Is ergo quum ad te proficisceretur, non potui sine meis ad te literis eum dimittere, non quo certa aliqua aut digna causa esset scribēdi, sed ut memorem me tui perspiceres, hoc est ut tantum scriberem, quanq; hoc ipsum scribere, tibi præsertim homini cuiusmodi te censeo αὐταρκῆ ἑαυτῷ ἐστὶ μὴ αὐταρκὲς ἔχει τὴν πρόφασιν ἀεί. Audio duxisse te uxorem, qđ ut fœlix fausturnq; tibi sit, eueniatq; uotis omnibus precor, laudoq; sentētiam tuam & uehemēter (ita me deus amet) probo. Ipse quoq; in priori ætate id facturum me destinaueram, sed postea q̄ iam incepi diligētius me ipse introspicere, auersus sum ab eo consilio, non incommodis rei uxoriæ quæ multi κακότεχνοι multis uerbis prosequuti sunt, sed deterruit me potius genus uitæ meæ & animus leuissimis etiam curis impar, καὶ ψιλόσυχόν τι τῆς φύσεως μοῦ μᾶλλον ἀπραγμοσύνην ὡς ἀληθέστερον εἰπεῖν βαθεῖα τις ῥαθυμία πανδεῖς τῆς ζωῆς. Quid enī ne cesse est mihi uitia mea speciosis circundare nominibus, itaq; fortē te fœlicemq; hoc ipso instituto tuo iudico, tamē ut pro hac ipsa fortitudine tua in reliquum par tibi respondeat fœlicitas, id quantum quicquam mihi tātum tibi doctissime humanissime opto, atq; sem

per optabo. Implerem chartam, sed nuncius interpellat. Vale, Datũ pridie Nonas Februarias Heidelbergæ.

Ioannes Camerarius Dalburgius episcopus Vuormaciensis Ioanni Reuchlin Phorcensi. LL. doctori. S.D.P.

INter multa & præclara tua in nos gẽtemq; & familiam nostram officia atq; benemerita, iucũdissimũ illud iudicamus, quo nos p̃ximis diebus honorasti, totusq; nos oẽs tibi perpetuo obligasti, recte enim poterimus ad te hos uersus referre, q̃bus cũ nuper homini cuidam amicissimo gratias egimus inter alia dicentes. Gratius est gemmis fuluo quoq; gratius auro. Gratius auriferi nõ tulit unda Tagi. Nempe cum alias tuas translationes quas uel nostro uel fratris amore absoluisti, è græco in Germanicã uel latinam linguã uertẽs libellos uehementer probaremus, tũ has tuas lucubrationes maxie sumus admirati. Alemanica uidelicet in lingua tam apte, tam lucide, tam suauiter & in ligata, & ita ad certum numerũ perstricta oratione, ea nihilo in sententiis immutato potuisse explicare, tantoq; id mirabilius uisum est, q̃ te illo genere carminis quod octonis septenisq; pedibus uicissim procedit concinnat similiterq; cadit desinitq; q̃ aptissime nunq̃ te antea usum esse aiebas. O bonæ fertilis feracissimaq; deplãtata arbos, quæ primos fructus tam delicatos maturos, sapidos, flagrantissimos, & quod omnium pulcherrimum est immarcessibiles perpetuoq; durantes tam suauiter nobis decerpendos obtulerit. O fœcunda insitio, quæ si recte excoletur, inæstimabiles fructus suauissimosq; fœtus est prolatura. Quid pluribus? frequẽtes illæ molestiæ & occupationes prohibent, qua ex excusatione erga te tanto possum liberius uti quanto te similiori palo adalligatum esse sciamus. Distinuimus aliquot diebus nuncium & tabellarium tuum, & ad fratrem cum opere tuo transmisimus. Sperabamus interea commode & pleniore ocio de multis rebus potuisse ad te scribere, sed longe nos fefellit opinio. Nanq; rediens heri occupatissimos nos q̃ ullo alio tempore offendit, ita nobis cogitationes molestias & labores attulerunt litetæ regiæ, q̃bus principem rogat hortatur ut q̃primũ nos Augustam Vindelicorũ trãsmittat, de nõ nullis rebus agendum est illic inter principes nostros & Ligam uestram, hæc res cum absente principe in deliberationem magnam uenit nos deuocauit. Sit satis tibi mi obseruandissime doctissimeq;

Ioannes gratiſſimum utriq; munus tuũ fuiſſe, exiſtimabis recte, operam nos daturos ut tibi gratias referre poſſimus. Tu inter familiam noſtram numeraberis, obſeruaberis, tuum erit quicquid noſtrũ eſt. Speramus eam tempeſtatem de qua nos admones, & quã cœlo impendere etiam ipſi cernimus, maiore tranq̃llitate q̃ ſuſpicemur abituram, deoſq; propicios fore, domino tuo conſeruatori autoriq; pacis & optimo principi (ita ſemp in animo noſtro habitus eſt) multos adhuc uitæ dies longioraq; tempora ſuperuiuendi bene ſperantes optamus, neq; eam pernicié Reipub. q̃ mors ſua minaẽ eſſe paſſuros deum ſanctoſq; cælites. Q̃d ſi res ſiniſtris fatis agitabunẽ, tales nos fratremq; noſtrum offendes, quales nos noĩaſti, hoc eſt aſylum futurarum calamitatum, nihil in rebus fortuniſq; noſtris futurum eſt quod non tuum eſſe arbitrari debebis. Sic uale, quouſq; plus tpis chartæq; ſuppeditauerit. Iterum uale xii. Decemb. M.cccc.xci.

Ioannes Camerarius Dalburgius Epũs Vuormacieñ.
chariſſimo p̃ceptori ſuo Io. Reuchin S.

QVod Vuormaciæ es in hac impura tẽpeſtate, duplici ex cauſa gaudeo; altera q; propinq;or ſis, ut amplior mihi ſpes uiſendi tui relinquaẽ. Altera, q; q̃ta mecũ actũ ſit iniuria, temeritate & inſolentia rectius poſſis intelligere. Scito & me prius q̃ de tuo aduentu certior eſſem factꝰ, deſtinaſſe aĩo, & oĩno cõſtituiſſe abste pro noſtra amicicia & mutua bñuolẽtia exigere uelle, ut q̃ citiſſime ad nos cõuolares, amiciſſimi & cõſtantiſſimi homis officiũ oſtenſurus. Cũ igiẽ tibi cõmodior & recta ſit nata occaſio, te p noſtrũ amorem, per ſacras ipſas literas & muſas oro, requiro, admoneo, ut ad nos uenias, multa enim tecum pro ſalute Reipubl. & noſtra tranquillitate ſum communicaturus. Tu uale, & amicũ te oſtẽdito. Sum Laudẽburgii aduentum tuũ ardentiſſime expectans. Dat. propere & tumultuarie mi ſuauiſſime Reuchlin v. Octobris.

Iacobus Aurelius de Queſtemberg, Decretorum Doctor, & Breuium apoſtolicorum Scriba. Ioanni Reuchlin Illuſtris Comitis Vuirtembergenſis Oratori & Conſiliario.

MAgnifice uir & Doctor excellentiſſime ſalue. Hodie mane paulo poſt horã undecimã cũ tui uiſẽdi gratia diuerſoriũ ueſtrũ peterẽ, nunciatũ eſt mihi e media uia te ſine literis

meis quas famulo meo ad te dederã ante lucẽ hinc abiisse, quod ut postea cõperi, moleste quidẽ ut debui ferebã, quippe qui fructu iucũ dissimæ cõsuetudinis tuæ tã subita discessione priuatus essem. Cupiebam equidem nõnulla adhuc tecũ cõferre, & pro tuis in me officiis quom re non possem, uerbis saltẽ qualibuscũq; gratias agere, quãq; non plane intelligebã, qua dicendi copia, quibus uerbis affectũ animi erga te mei declarare potuissem, cũ consydero uim & bonitatis tuæ & amoris quã in mirifica illa de me p̃dicatiõe pulcherrime declarasti, quum hesterno uesperi τὸ προοίμιον ἀφροδήσιος εἰς πὺς ἐλέγχους σοφισικοὺς τοῦ ἀεισοτέλους, nõ sine admiratione, imo cũ summa uoluptate uidisses, καὶ γὰρ ἐρωτι σοφάκις ὧ σοφύφαμι τὰ μὴ καλὰ, καλὰ σόφαντα. Præterea τ' καλοκαγαθίας ἔργον ἔδην οἶος ἂν ὀνήσασθαι γένοιτο, τοιούς δὲ ἑαυτοῦ ἔστιν ἀνεύξαιτο. Tibi igit' p̃ sapientis more p̃mium sit uirtus tua, ubi mea nõ respondeit. Itaq; meũ ppetuum studium & mutuam beneuolentiam ob memoriam tuæ optimæ de me spei quoad uixero nunquam defuturam tibi pollicebor, conaborq; modo uotis aspiret deus res tuæ apud Reuerẽd. dñm comunem episcopum Vuormacienseni futuræ commendationis eiusq; in me beneficiorum pigeat. Vale igitur, & me si mereor illius gratiæ commenda. Romæ ex ædibus Reuerend. Dn. Cardinalis S. Marci. Calend. August. M. CCCC. XC.

Iacobus Questemberg, Ioanni Reuchlin Phorcensi Oratori Palatino S.

CVm in tanta hoim multitudine aut ut uerius dicã oĩum, ppegẽtium colluuiõe ne unum qdem pro p̃senti necessitate idoneum scriptorem inuenerim, neq; uero alium quẽpiã Bertoldo nostro adhuc febricitante ad manum domi habuerim, q oratione tuam elegantiore litera exararet, id quod tu hesterno die per epistolã tantopere efflagitasti, ipse pro uetere amicicia nostra & antiqua morem tibi gerendi cõsuetudine, laborem obeũdũ esse mihi putaui, ne uel opera atq; sedulitas mea semper alioquin officiosa tibi saltem in re necessaria defuisse uideri posset. Itaq; orõnem tuã ad te mitto, quæ propter ipsius summam elegantiam dignitatẽq; uerborum & grauitatem sententiarum, digna uisa est, non mea tãtum manu describi ὅς γ' τὰ ῥιαῦτα τῷ ἀκρω δακτύλω ἡμῶν, sed omnino ubiq; terrarum legi, adeo tu quidem oĩa, ita me deus amet di-

ſerte,prudenter,appoſite explicaſti.Ego tamen ut ſoleo propere trã ſcripſi,& ἰδιογέγραφα. Vtinã ſit in hac difficilima temporũ difficultate quod & tu cœleſti præditus eloquẽtia mereris,& nos amici laudum tuarum precones uidere cupimus. Vale doctiſsime uir, principis tui ornator,de Bauariæ domo ac toto imperio Romano benemerite,præcipuum comuni patriæ decus.Romæ Anno M.II.D.

Aldus Manutius Romanus,Ioanni Reuchlin Phorcenſi S.

AMari me abs te plurimũ mi Ioannes iampridẽ noui,nõ meo in te ullo officio ſed humãitate tua,quare niſi te bñuolẽtiãq; tuã plurimi faciã,ſim plane ingratus,ſed & facio plurimi & redamo magnopẽ.Ex libris aũt quos petis mitto Iuliũ Pollucẽ,Stephanũ de urbib9,Thucydidẽ,Etymologicon Magnũ, Prudentium chriſtianũ poetã cũ quo & græca q̃dã impſſa ſunt.Seduliũ itẽ cũ Iuuenco & Aratore,cũ q̃bus & Homerocẽtra impriměda curaui. Suidas nõ erat apud me,& nũci9 tu9 dicebat nõ eſſe ſibi plus pecuniæ, ſed rediturũ ſe breui Venetias & facturũ quod iuſſeris. Præterea impſſi ſunt ex græcis hi,poſt opera Ariſtotelis q̃ a nobis quoq; habes, Ariſtophanis comœdiæ nouem cum commentariis,Epiſtolæ græcæ ſex & triginta autorum.Dioſcorides,Aratus cum Theonis commentariis,una cũ Iulio Firmico,Simplicius in p̃dicamenta Ariſtotelis,Ammonius in quinq; uoces,Gregorii Naziãzeni circiter octo millia carminum,Nonnus carmine heroico in euangelium ſecundum Ioannem,Apollonius poeta cum commentariis.Imprimunt̃ & quaſi abſoluta ſunt Sophoclis tragœdiæ ſeptem cum commentariis.Item Herodotus. De hebraicis non eſt impreſſum quicquam Quod tu cõponis placet,perge ut detur ſtudioſis,Impſſi ſunt p̃terea latine literis paruis Virgilius,Horatius,Iuuenalis,Perſius,Martialis,Lucanus,Catullus,Tibullus,Propertius,Epiſtolæ familiares M. Tullii.Imprimũtur iiſdem characteribus Ouidii opera. Statius,Valerius Maximus,ſi ex his aliquis placuerit ſcribe.Interea uale,meq; ut facis ama.Venetiis xviii.Auguſti.Anno M.D.II.

Aldus Romanus,Ioanni Reuchlin ſalutem.

DElectari te plurimũ literis & laboribus noſtris Capnion mi iuuauiſſime quantũ ipſe delecter nõ facile ſcripſerim,tũ quia principib9 placuiſſe uiris nõ infima laus eſt,tũ etiã quia laus

ista quoniã a te laudato uiro proficiscitur facis ut me esse aliquẽ pu tem. Sed deũ Opt. Max. oro ut diu alter alterius studio delectari pos simus, in dies magis quod non dubito futurum si q̃diu prodesse ho minib⁹ possit uita nostra uterq; uixerimus. Libros omneis quos uo lebas cui iussisti dedimus, p̃ter Nonnum & Gregorium, nondũ eũ exire in publicum possunt. Quod uero minoris istic nostros emere libros queas, miror. Certũ est enim nõ minoris eo uendi illos Vene tiis quanti cõstiterunt tibi, immo potius pluris. Sed puto esse causã q̃m mercator iste cum accipiat a societate nostra Venetiis q̃ pluri mos simul libros, & minoris q̃ uenduntur singuli, ut quemadmo dum æquum est & ipse lucrari possit aliquid, nec tñ soluat (damus enim illi ad tempus) gratis eos fortasse habuisse putat. Vale Vene tiis. x xiiii. Decembris. M.D.II.

Bilibaldus Pyrkaimer, Ioanni Reuchlin S.

POssem merito negligentiæ argui uir clarissime, si anteq̃ ami cicia mihi iunctus eras, te ob uirtutes doctrinãq; egregiã nõ so lũ admiratus sim, uerũ etiã dilexerim, uehementerq; amaue rim, nunc uero cũ arctiore uinculo mihi astrictus sis, tui penit⁹ obli tus uidear. Vt igitur amiciciæ nostræ officioq; meo pariter satisfa ciam, præsentibus literis earũq; latore homine mihi sanguinis ne cessitate coniuncto, nec literarum experti te saluto, admodumq; ua lere cupio. Audio enim te nõnihil animo ob nescio quas aduersita tes perturbatũ esse. Sed cum sis uir cunctis uirtutibus omniumq; dis ciplinarum genere nõ solum excellens, uerum extra fortunæ quoq; aleam positus, nemo crede mihi Therſites seu Zoilus tuam cãdidã denigrare famam ac dignitatem poterit. Fac igitur ut non solũ aío forti quemadmodum tuam decet prudentiam obtrectationes ini micorumq; calumnias feras, sed & magnanimiter contemnas. Me mentoq; solũmodo uitia inuidẽtiæ esse exptia, uirtutes uero semp fuisse & esse iuidiæ sycophantiis ac æmulationibus obnoxias. No sti eũ ὅπῃ ῥῖς ϕλαῦκ ὑλί οὐ τορευομένοις ἵπεται κατὰ ἀμάγμιν σκία ϐοῖς λὲ δ᾽ τ᾽ λόξις ϐαλίζουσι ἀκαλουθεῖ ϕθόνος. Vale, & si tantilla tibi supereſt ocii quemadmodum habeas rescribe. Ex Norinberga Cal. Octobribus. Anno M. D. XI.

Bilibaldus Pyrkaimer, Ioanni Reuchlin Salutem.

SCripſi uir clariſſime æſtate elapſa cum hinc Treuerim abiturꝰ eſſem, ſimulq; tibi oſtendi Demoſthenis orationes una cū cōmētariis ex Venetiis allatas eſſe. Inde cū reuerſus eſſem a meis intellexi, libros illos ad te fuiſſe tranſmiſſos, utrū uero illos receperis, nec ne haud dū cōpertum habeo. Bene itaq; feceris ſi hac de re me certiorem reddas. Scripſiſſem cōfeſtim poſt reditū meum, ſed uix limini pedem intuleram, tum iterum abire coactus fui, nūcq; demū poſt multos reuerſus ſum labores. Sed quæ ſcribenda erāt breuibus accipe. Prohibuere olim Epheſii nomen ſcelerati illius hoiſ q Dianæ templum ſuccenderat litterarum monumētis inſeri, ſcilicet ne ex facinore illo nefaſto perpetuam memoriā aſſequutus eſſe uideret. Tu uero hoiem tibi inimiciſſimū, & q aliter doctis p̄cipue ignotus fuiſſet libris tuis celebras. Vidi em̄ nuper libellos tuos a te emiſſos, in quibus ſemiiudæi illius mentionem facis, hominis cuius memoria de terra uiuentium delenda eſſet. Sed ſcio reſpondes, te non laudibus ſed meritis conuiciis illum p̄ſequutum eſſe, & recte quidē At non uideſ id quod antea dixeram, illum hoc pacto famam ſeu magis infamiam aſſequutum eſſe, & quod p̄priis uirtutibus ſibi denegatum uiderat, id inimici opa quæſiuiſſe, ſcilicet ut doctorū uoce laret per ora uirorum, nollem itaq; dehinc opuſcula tua tali piaculo fœdares, præcipue cū nil ad monſtrum illud attinerent. Hæc ut amicus qui te ob uirtutes tuas innumeras ſuſpicit & uehementer amat ſcribo. Tu uero quid faciendum ſit mature conſyderabis. Reperi Treueri antiquitates uarias tā græcas q̄ latinas. Ex q̄bus græca iſta mitto, miſſurus & latina ſi tibi id placere intellexero, tuū itaq; erit reſcribere. Vale, & quæcunq; præſtare potero a me fidenter exige. Ex Nuremberga kalen. decembris. Anno. M.D.XII.

Nicolaus Gerbelius Phorcenſis, Ioanni Reuchlin, S.

NOn parū animi angor expectatiōe illa lōgiuſcula, immo q̄ mihi longiſſima eſt p̄ceptor & pater ſuauiſſime, q̄ te interea tpis cum a me diſceſſiſti cupide atq; inhianter expecto, indieſq; magis ac magis emaceror, quo cōſtituti tēpus ſpe diutius prorogaſ. Nonnihil em̄ mali ſuſpicor quin uitā tuā (q̄ mihi mea ſalute charior eſt) neſcio quis malis flatibus urgeri doléter ptimeſcā. Sunt mihi apud hoſpitē tuū hic quotidiani nuncii & exploratores, q̄ me hoc unico ſolantur prope diem te aduolaturum, dii tibi dent alas.

Mercurius talaria, Neptunus equũ, ut ad nos aduoles celeriuſcule, quo tuo affatu aſpectuq; dulciſſimo dulciter nos exhilarari cõtingat, quoties mecũ memoria repeto (repeto aũt ſæpiuſcule) quoties inquã in animũ reuoco diſputationẽ illam præclariſſimã, qua de philoſophia Platonica grauiter & ſapientiſſime diſſertabas, nõ poſſum non in pueriles lachrymas effluere. Si tua illa me diuina atq; ſancta eruditione uti non liceat, ſi me tuo præſcripto placidiſſimo meliorem doctioremq; fieri negatum eſt, quo ſe uſos olim etiã litteratiſſimi hoies reuerentur ſuis monumentis literariis atteſtantẽ, quin potius deſeram patriamq; domumq; paternam, & te dicentem copioſe, diſputantẽ acriter, prudẽterq; docentẽ comitemur quorſumcunq; uelis. Nimirũ amatiſſime pater tam gratus eſt mihi tuus frugaliſſimus ille ſermo, tanq; accepta doctrina tua, ut nihil pro acquirenda iſta graue mihi, nihil moleſtũ durumue uideri poſsit. Faciat deus te mihi talem præceptorem fore, qualẽ me tibi perpetuo glutine connexuq; conſecraui. En expecto quẽcunq; me habere uis, eũ ipſum me efforma. Vis græcis ſtudeã, ſtudebo græcis, ſi Platonicũ me eſſe uelis, Platonem uoluam, reuoluam, uolutabo. Sin Liuianũ, Liuiũ plegam. Oĩa ſub nutu ſtentoq; cadantoq; tuo. Vale fœliciter.

Nicolaus Gerbelius Phorcenſis, Io. Reuchlin S.

MIſimus ad te nunciũ quẽdã diebus ſupioribus anteq; patria diſcederẽ, q̃ liras tuas ad nos deferret. Verũ qa domi nõ eras fruſtratus ſum & mea ſpe ingenti beneficio qd apud amicos tuos fuiſſem conſecutus. Nihilominus tñ doctorẽ Cuſpinianũ acceſsi, eumq; ſalutaui noĩe tuo diligentiſsime. Cumq; genitor meꝰ qui mecum Viennam petiit patriam eſset repetiturus ſuam, rurſus Cuſpinianum tuum ſalutaui, petii literas ad te iure ueteris amicitiæ daret, reſpondit ſe non poſse nunc tuæ humanitati reſpondere, quoniã libri eius angulatim eſsent diſperſi, propter incendium horrendum & formidabile, quod & paſsi ſumus, atq; maius futurũ pertimuimus, addidit tamen ut ego te ſalutarem ſcriberemq;, poſtq; literas tuas reciperet ſcripturum ſe quoq; diligentiſsime. Volui uiro huic eruditiſsimo humaniſsimoq; morẽ gerere, atq; tibi præcipue, cui me, atq; mea oñia ingenue offero. Vale fœliciſsime atq; reſcribe, ne me pigrũ extitiſse credat ea in re noſter Cuſpinianus. Viẽnæ poſt ferias Pentecoſtes. Anno. M. D. XII.

Ioannes Cuſpinianus Choeroporeus, Ioanni Reuchlin ſalutem.

ERuditionem tuã atq; doctrinã doctiſſime Capnion iã in oñi dudũ Europa decantatam ita amplector atq; exoſculor, ut nõ poſſim non cõmiſereri iam incipiẽti tuæ ſenectuti, q̃ fruſtra a ſciolis tentat̃, ſed tu fac uirũ te exhibeas, & μετριοπάθειαν ἢ ἀβλαβίαν τῶν μωρῶν facias nihili. Forte Climacteric⁹ tuus cũ nullum poſſit aut corporis aut fortunæ diſpendiũ tibi afferre, famæ conat̃ iacturã adducere. Sed te quoq; finge deũ. Habes græcas, habes latinas conſolationes multiformes, ſi te iã hebræorũ piget, animũ nõ deiicias Sed tu forte mihi noctua Athenas, dices, quod facile q̃dem fero. Nã ita ſum totus immerſus. Coss. Romanis, quos a primis Iunio & Bruto ad Theoderici uſq; tempora deduxi ex Caſſiodoro (nam imperatores omneis & Romanos & Græcos & Germanos & Thurcos iam dudum adornatos mea lucubratione exaraui) ut ſim noctua hebetior. Tu uero pro amore meo immo nr̃æ Germaniæ id opæ Cuſpiniano p̃ſtes, audio in Rheno ſiue ſit Spiræ ſeu Vuormaciæ adhuc extare integrũ Ammiani Marcellini opus, q̃ ſub Iuliano uixit. Id diligenter inquiras, ut me certiorẽ reddas, pro quo uiciſſim a me quic quid poſſum exigas. Valeraptim & curſim. Ex Vienna Pannoniæ ſexta Aprilis. M.D. XII.

Ioachimus Vadianus, Ioanni Reuchlin ſalutem.

ATtulit nuper nobis Apologiam a te ſcriptam doctor oĩm doctiſſime Simon Lazius, eruditorũ oĩm aſſertor ſingularis, noſtri uero pro ſua humanitate ſtudioſiſſimus. Qua dii boni q̃ docte q̃ artificioſe maleuolẽtiſſimũ aĩm cuiuſdã iudæi male baptizati, refutantẽ te ac eliminantẽ comicõs fere quaſi in p̃ſentia differentẽ aſpexi, ubi defenſiõis limites mihi multa lecturorũ fruge prætergreſſus uideris. Poteras ſiq̃dem integerrimæ apd̃ oẽs famæ ſum mæq; ob̃ bene de Germanis meritam eruditionẽ exiſtimatiõis philoſophus inſontiſſimã opinionem tuã uel paucioribus propugnare contra hoĩem præſertim in religione noſtra nouũ & ſuſpectũ, reſq; nouas nequiter molientẽ, ni in aio tibi fuiſſet aliis quoq; uberiore diſputatione ueritatis anſam corripiendam indicare, quidq; potiſſimum ea in re phas & iura ſinant aperire. Reddidiſti me fateor nõ tam certiorem q̃ doctioré, eoq; certitudinis p̃uolauit animus, ut in

ſententiæ tuæ robur manibus pedibuſq; contéderim. Atq; utinam eæ mihi uires eſſent, illa animi efficacia, uti tuis quæ ſunt copioſiſſime traducta, poſſem uel aliquá parte ſubſcribere, animiq; mei erga te tuamq; integritatem ardorem, præter ſermonum perpetua preconia charakteribus effigiare, quod quia mihi iam negatum eſt. Vtinam Capnion tuæ cauſæ iudicialem archetypum haberem, cui more Notariorum inſtrumenta probantium uel hoc ſolo ſubſignarem, Et ego Vadianus literarum in Gymnaſio Viennenſi adſtipulator, Capnionis cauſam probo, effero & uictricem iudico manu propria. Sed & hoc ipſo forſan non eges, cum ueritas tibi ſubſcripſerit dudum, qua in omni lite uiſa, ceſſat diſſenſio. Interea mi doctiſſime Capnion cum ſis philoſophus & Iouis per ſecretiſſima myſteria inter Germanos interpres, attice, latine, & hebraice gnarus, patere te iniuriis peti, cõtumeliis inuadi, famæ inuidia ſollicitari, quo in eorum albo ex omni parte numereris, qui ſunt citra omnem ingenii aleam habiti, ſuorum temporum doctiſſimi, qui & ipſi morſibus detractoriis petiti ſæpius, nunquam uicti, & cũ libros etiam conſcripſerint Zoili, nil præter infame nomen eorum poſteritas habet Illorum iugi gloria ad nos uſq; demanante, qua mirandi ueniũt poſteris & poſterorum poſteris. Ciceromaſtix (ut alios ſileam) infamiam ſibi, at Ciceroni decus ex iniquitate ſtruxit. Capniomaſtix ex iudæo chriſtianus, ex infami per religionem famam nactus, Capnioni noſtro decori erit, ſibiipſi autem infamiæ, qui libellis famoſis tãtopere furat, & deinceps immo non furere ſed furari famam optimorum conetur. Sũt hæc tibi laudi Capnion, q̃ de religiõe cum eo diſſentias, cuius ſtirps uniuerſa chriſtianæ incolumitati fuerit inimiciſſima, q̃ libros eos eripueris Vulcano, quorum eruditio partim celebris eſt pauciſq; cognita, partim perfidiæ falſitatis & mendacii Iudæorum ſempiternum teſtimonium, quod flammis q̃ rationibus magis extirpati minus eſt ſapientis, minuſq; fidei noſtræ certitudini ac ſtabilitati confidentis. Verũ de his forſan tecum alias. Nũc te libet implorare Patrone literarum ſupreme, uti me in tuorum albo ſignatum amare uelis, & in eiuſdem teſtimonium reſcribere, ut uel manus tuæ habeam, quod uenerer monumentum. Scribam ego poſthac ad te & ſæpe & libenter. Vale, Viennæ Pannoniæ. Nonis Aprilis. Anno. M. D. XII.

Simon Lazius, Capnioni salutem.

LIteras tuas uir humanissime & Apologiam optimo uiro Thomæ Resch collegæ theologiæ baccalaurio oratori ac poetæ laureato noie tuo obtuli, qui osculabundus literas & Apologiam cũ maxio animi gaudio suscepit, qppe cui (ut corã dicebat) ad id tpis gratius accidere potuisset nihil. Et id eo libẽtius, q̃ is uir per humanus cum nostri nobilissimi gymnasii gubernacula tunc habebat (Quando enim Viennam appuleram gymnasiarcha electus fuerat) tum tui nominis studiosissimus erat. Multa de te (nomen enim tuum apud nos notissimum est) studio tuo, omnibusq; rebus humaniter me interrogabat. Diligentissime uir, ille Apologiam tuam legit, quæ postea rus ibat ad Stiborium nostrum, qui eam ex intimo pectore legit ac perlegit. Quæ ubi domuitioné capesserat, Cuspiniani fores appulsabat, qui stomachabũdus mihi succensuit, quia ad se literarum nihil abs te afferrem, at excusationem nõ rancidam pro tempore afferebam, literas tuas probe affuturas significans. Quare tuum erit qd uerbis ꝓmiserim ope perficias. Lecta aũt a Cuspiniano nostro Apologia, salutabat Vadianum, & reliquos meos. Exemplar quoddam illius perniciosissimi hois aduersarii tui Capnioma stigis Colonien sis apud quendam mercatorẽ Sueuum inueni, qui etiam plurimũ ueneni ex libello illo famoso in te nomenq; tuum fuxerat, cui & nomen tuum odiosum & detestabile erat. Ego statim huic uenenoso morbillo mederi satagẽs, ꝓsentissimum pharmacũ attuli, utpote Apologiam tuam, quam legeret perii. Quæ lecta foetiter oñe uenenũ latẽter intra pectus irreptũ ꝓsentissimo antidoto expulit. Exemplar accõmodato acceptũ ut legerent oibus meis obtuli, his quid cum literis & Apologia tua egerim liquido intelligis. Cuspinianus & Vadianꝰ hic ad te scribũt, q̃ ut rescribas plurimũ rogitant. Scripsissem & Thomas noster, ni subita & insperata tabellarii abitio nos fefellerit, at ꝓximus tabellarius lris uacuus ad te nõ ibit. Vale sanus in dulces annos. Viennæ Nonis April. Anno. M. D. XII.

Ioannes Reuchlin, Cuspiniano suo salutem.

CVspiniane doctissimorũ ornatissime, iã es em̃ tã breui apud me optimi cuiusq; locũ amici cõsequutus, ut mihi uidear ex ordiẽdo nulla egere præfatiõe alia q̃ te ut hoc alloquar quo

licuit Homerico Agamemnoni prudenté illũ Neſtoré. Opto tui ſi miles mihi cõſultos fore denos. Nam recte tu, qui me admones, ſtultorũ elarioné & inuidentiã nihili facere. Et in ſentẽtiam ego tuam iſtis eo meis pedibus, & nullius conſiliũ anteponã tuo. Cauendũ maxime tũ fuit non modo iniuriam iniuria ne repellerem, dignus ab indigno illatam. Verũ etiam ne infamiæ ſuſpicionem ullã admitterem, quod utrũq; curaui diligenter, tantũmodo innocentiam tutatus meã. Quare oñi humanitate præſtans Cuſpiniane, ꝓbenigniter uelim ſic iudices affectionẽ iſtã erga me tuam, ꝙ τιμωρουμένως ſe nectam ſis meam cõmiſeratus, ut ueræ amicitiæ teſtimoniũ uehementer a me probari. Eſt id quidem hoĩs præcipuũ bonũ, ut abhorreat ab iniuria, quam ego beſtias quãdoq; uidi odiſſe. Fitq; merito ut eius beneuolentiæ cauſa gratiam tibi habeam non intermoritu ram. Tametſi cõmiſeratione non erat opus, q̃ miſeris debetur, non aũt beatis. Ego uero me beatum exiſtimaui, etiam oraculo ueritatis, ꝙ malum de me dixerunt mentientes. Nam multa generoſe ſe rendum eſt bono uiro, qui ſe mauult uixiſſe q̃ ſpiraſſe. Vnde quod mihi malũ ſcribis Climactericum, eſſe minatũ, id ego in parte fœlicitatis repono, nec illum famæ iacturam uolo, ſed gloriæ perpetuitatem ꝓſagire. Q̃ñ eñ incendiariorum contra me famoſa machinatio cœpit, ſcire licet. Anno ætatis meæ quinquageſimo quito tũc præſto aderat Climacterici a natali meo qui fuit Chriſti. M.cccc.lv. in annum. M.D.X. reuolutio eiuſmodi, cuius figuram quia philoſophum te perfectum & non triuialem agnoſco hic tibi aſcripſi. Vbi conſpicies Saturnũ ſeptẽ fortitudines, Martẽ octo habere. Sed Ioué qui Zedek hebraice noĩatur id eſt iuſtus, minorem iis eſſe, ac ternis ſolum uiribus pollere. Audi nũc Hierophantas & præſagiorũ uates Bonatus de reuolutionibus cum Saturnus ait in tertia domo fuerit inuentus, ſignificat rixas & diſcordias uenturas plus ſolito. Firmicꝰ ita, Mars in quarto loco faciet eos ſine gratia præſtare quod dederint. Nam quicunq; aliquid ab ipſis fuerit cõſequutus, ingratus illis ſemper exiſtit. Deinde ſi Mars fuerit in Scorpione, quicũq; eum ſic habuerint, homines erunt, qui omnibus facile inimicis ſuis dominentur, erunt quoq; alti nominis optimæq; famæ. Quod hic Cuſpiniane cernis, cum ante cætera Mars gaudeat ſcorpione. De Ioue autem Bonatus, quod ſi in quinto habitet, fient res hone-

ſtæ,q̃ merentur laudem. Et Firmicus quoq; Iupiter in quinto magna fœlicitatum agmenta decernit. Habes ex adytis reſponſa, quib⁹ arbitror in noſtra cauſa, cum uideas figuram cœli, nihil eſſe uerius. Adde poſt naturæ motus, etiam morum cõditionem & uirtutum quantuluſcunq; ſim (Iam enim familiariter tecũ loquor) iungeq; innocentiam meam, ſic facile iudicabis, uiro bono nihil mali accidere poſſe, neq; uiuẽti neq; defuncto. Ita Socrates qui nec Ariſtophanis illuſione, nec Anyti proditione, nec Meliti accuſatione, nec iudicum peremptione, poſtremo nec inuidorum omnium conflata calumnia abſorptus, ſed multo magis ſua morte immortalis fact⁹ eſt ſic ait ἀποκτεῖναι μὲ δύνανται βλάψαι δὲ οὐ δύνανται. Nã te græca quoq; legere & itelligere ſentio, ut ex tuis amœniſſimis lris accepi. Viuit igit̃ in æternũ Socrates, & triũphat cũ gloria, q̃ aduerſariorũ ſuorum memoria uel extincta eſt fundit⁹, uel ſcintillat in cinere cũ ignominia. Quare ut nõ ſinerem te in tuis propter me in moleſtiis diutius torqueri iſtis meis (ut multi quanq̃ non recte putant) incõmodis, expoſui tibi quid ſentirem de inuidorum iniquo in me ſtudio, & execrabili aduerſus famam meam cõſilio in perniciem ueritatis inito, quo improbitatem ſuam poſteris inciderũt Buxo perpetue memorandam. Non enim ea detractorum immanitas, & tanti ſceleris ſui credulitas me qui probabiliter uera ſcripſi, & honeſta cõſului, ſed ſe ipſos tandem lædent qui male peruerterunt. Ego uero beatus futurus ſum quem perſequuti ſunt propter iuſticiã, ſine qua nihil poteſt eſſe laudabile. Quid autem potuit ſanctiꝰ a me fieri⁹ q̃ ſtatui ad fidem noſtram Iudæos non tyrãnide ulla rapere, ſed ut iura uolunt benigniore concordia ducere, quæ quidem concordia ut ait Cicero eſſe non poteſt cum aliis adimuntur aliis condonantur pecuniæ. Deinde æquitas tollitur omnis, ſi habere ſuum cuiq; non licet. Sed hæc Rhetorum declamationibus committam. Nunc de Ammiano Marcellino id tibi perſuadeas uelim, in omnib⁹ me tui ſtudioſum fore quæ intereſſe tua aut etiam te uelle exiſtimem ubi adſit facultas. Sed ad neminem autoris eius uolumina diuertiſſe noui, niſi ad Vangionum epiſcopum, in p̃ſenti tempore librorum hoſpitem certe ſupra q̃ dici queat tenacem. At illic ponderis nihil habebit interceſſio mea, quãuis olim eius bibliothecæ rector fuerim. Scriptum eſt enim. Surrexit interea rex nouus ſuper ægyptum qui

ignorabat Ioseph. Lazium meum uel etiam tuũ, aut si mauelis utri usq; nostrum tibi unice commendo, quem sua & uirtus & probitas commendare non cessat, ego & si taceam. Deinde tu me sodalitati tuæ literariæ istic summa beneuolentia coniungas opto, & fœliciter ualeas. Anno M.D.XII.

Mutianus Rufus Doctor, Ioanni Reuchlin S.

EMi Rabanum tuum Germanorũ eruditissime, tuum iure dixi, quem & urbs tua patria quasi ab iferis reuocauit, & tu bene tornato ac mire graui sanctoq; poemate illustrasti. Videbat mihi pater ille postliminio renunciasse, ita cõsenuit, ita nusq; de eo mẽtio habebat, credo facies opis a trãscribẽdo librarios deterruit. Sed nunc tuorum municipum industria reuiuiscenti gratulantur oñes, inuitati opinor testimonio uel potius iudicio tuo, Quis enim Ioãni Reuchlin pconia laudum celebranti non acquiesceret? Nam per suademus nobis apposuisse te prius q̃ imprimeretur miniatas cerulas & calculum seu notas doctissimæ manus tuæ. Sæpe uolebam aut spicari tecum amiciciam, testis germanus meus principis Hassiæ cãcellarius. Testis Tritemius, testis Nicoleos Hirsaugiensis monach⁹ Semper mihi defuit occasio, doctrinam enim tuam singularem & generosam facundiam & infatigabile studiũ amplector, admiror, p̃dico. Breui fore spero, ut quod Picus pollicebatur, tu examussim perficias, tũ ab humanitate tua peto, ut Mutianum tui nominis atq; honoris studiosum in album amicorum recipias. Et si uacat, indica mihi nomina librorum quos hactenus inuulgaueris. Bene ualeas, decus omnis literaturæ ac sapientiæ. Ex Gotha Thuringorum ad Cal. Octobres M.D.III.

Georgius Spalatinus, Ioanni Reuchlin S.

AEgre fuit animo meo Capnion eruditissime iam anno & amplius nõ potuisse literis tuis & humanissimis & literatissimis respondere, Quibus ex autoritate ueteris & recõditioris historiæ scribis. Phrygas nostris Saxonibus generis esse proautores. Et simul diuũ Fridericũ ducẽ Saxõiæ principẽ nostrũ imo Romani imperii electorẽ Op. Max. grauiter & uere laudas. Mirum qua religiõe deum omnipotentem & suos suspiciat, qua charitate bonos amplectatur, qua munificentia Mutianum & me eruditissimũ quenq; prosequatur, qua deniq; fide iusticia integritate uigilantia tot gentibus

Imperet. Diceres uel Ptolemæũ uel Cæſaré Iuliũ, uel Carolũ alterũ ſi audires ẽtis ſumptibus academiã Vittemburgi architectatus, ẽta excolat diligentia liberalitate induſtria. Quantis muneribus illuc e ruditos profeſſores contrahat, quot ſacerdotiis ampliſſimis a fundamentis templum diuis omnibus ſacrum auxerit. Vere præſtantiſſimus princeps, & ut tu quoq; ſentis maximo imperio non indignus qui & tuã ad me epiſtolam legit, qua de ipſius uirtutibus pari grauitate & elegantia, ſed & de Saxõibus quoq; ſcribis. Qua de re iuſſu ei⁹ tibi ſignifico nõ ingratam ei fuiſſe eam cõmemorationem. Præterea etiam pro magno officio habiturum ſe, ſi ex autoribus tuis eruditiſſimis ad Saxoniam & ſaxones perrinentia collegeris, tuum enim iudicium princeps ſapientiſſimus plurimi faciens mihi cõmiſit, ut ad te id ipſum ſcriberem. Quo circa cum ſis iam pridem tanti principis obſeruãtiſſimus, te ſcio ſũma cũ uoluptate hæc facturũ. Vale.

Sebaſtianus Sperantius Præpoſitus Brixinenſis, Cæſareus & Gurcenſis ſecretarius, Ioanni Reuchlin LL. Doctori Salutem.

CLariſſime Doctor, Reuerend. Dn. meus Gurcenſis quom iam pridẽ ab Auguſta thermas petiturus diſcederẽ mihi cõmiſit, ut noĩe dñationis ſuæ Reueréd. corã explicarẽ tibi ea q̃ alias literĩs duxerat ſignificãda, uidelicet, ſe intellexiſſe binas literas tuas q̃bus patrociniũ ſuum imploras. Quod quidem patrociniũ cũ oñi fauore & diligentia tanto ſtudio iis rebus tuis p̃ſtare uelit, quãtũ tu ipſe poſſes deſyderare, & hoc indubie tibi de ſe polliceri te debere, q̃ ſperet omnino dominatio ſua Reuerend. tantum apud maieſtatem imperialem ſe effecturam, ut huiuſmodi negocium ex ſentẽtia tua breui conficiatur, atq; Maieſtas Cæſarea autoritate ſua oẽs illas diſſenſiones extinguat & tollat. Præterea iniũxit etiã mihi D. Hieronymus Baldung oẽm operam ſuam nomine ſuo tibi in hac re polliceri, & q̃ oĩno breui eas literas a D. Cancellario extorquebit, quas forte iandudũ extorſiſſet, niſi grauis ægritudo illa q̃ multis diebus Cãcellariũ opp̃ſſit, obſteriſſet. Deditq; mihi his incluſum memoriale humanitati tuæ cõſignandũ. Quapropter eſto boni animi, & oẽs curas depone ſuperuacaneas. Eos enim præſtantia tua nunc habet in Curia noſtra patronos & defenſores, quorũ bona opa nõ dubito dominationem tuam omnia ex uoto breui habiturã. Ego quoq; de

persona mea qui alias dignitati tuæ operam meam quantulacunq; sit lubens obtuli, non ꝑmittam unq̃ quantum potero præstare officiũ boni amici, adeo ut saltem ꝑstantiæ tuæ summa mea erga se affectio aliquando re ipsa innotescat. Reliqua lator præsentium referet. Vale, Ex Vila. xxii. Maii. M.D.XIII.

Simon Rubisin Iuris utriusq; licentiatus, Apostolici legati de latere Secretarius Ioanni Reuchlin Salutem.

IAm diu nullas recepi lras excellentissime doctor oĩm literarum doctissime quæ adeo me refecerint, nõ eo q̃ aliquid in se cõtinerent iocundi. Sed q̃ oculis cõspexi te prospera donatũ ualetudie, qui passim naturæ debitũ persoluisse disseminabaris, id qđ doctor Vincentius Volph inter plerosq; cõuiuantes uerissimũ esse præter faciei ruborẽ (ut mentientium est) aperta fronte retulit. Nullus tñ aderat qui non tristissime ferret tam eruditissimi oĩmq; literarum scientiis prædiți uiri intempestiuum obitum. Aderant ꝑfecto nonnulli quibus & fama & perenne nomen tuum erat cognitum, q̃ uix lachrymas cohibere poterant. Sed oẽm istam mœsticiam ademerunt nobis ornatissimæ literæ tuæ, q̃ rem satis iustam & honestam eõplectebanť, in quo negocio nihil a me diligentiæ prætermissum est, quo minus uoto tuo potiri possis. Quapropter remitto ad te nũcium cũ signatura & minuta, quas pro extractiõe Bullæ denuo mittes. Tanta dñi reuerendissimi in te est benuolentia, & liberalitas, q̃ etiam gratis utiq; Bullam expediri iubebit. Tu fœlicissime uale. Ex Argentina penultima Augusti. M.D.II.

Raimundus Cardinalis Gurcensis legatus &c. Ioanni Reuchlin Phorcensi LL. doctori salutem.

VEnerabilis & eximie doctor, si eam quã cudere nup nobis petentibus ꝑmisisti orationẽ de Germania & eius principibus optato fine terminasti, nõ poteris in ꝑsentiarũ nobis ꝑstare rem magis gratam q̃ ut quantocius eam ad nos trãsmittas. Quæ si non est plene perfecta, adhibeas oẽm opam ut q̃ celerrime compleatur, & ad nos proprio cũ tabellario si aliãs cõmode fieri nequeat expensis nostris afferať. Bene uale. Ex Vlma. xxvii. Iunii. M.D.II.

Postq̃ scripseramus præsentes, uenit ad manus nostras oratio tua lepidissima, quæ supra modum nobis grata extitit. Optaremus q̃ di-

nortium posset celebrari inter te uxoremq; tuam, eius tamen consensu, quam plurimum nostro nomine saluam esse iubebis. Iterum uale. Datum ut supra.

Franciscus S. Eustachii diaconus Cardinalis Senensis
Veneran. uiro. D. Ioanni Reuchlin Phorcensi
LL. doctori. Salutem.

EXimie doctor amice singularissime, accepimus literas uestras eruditissimas, ex quibus quamuis cum singulari elegantia, intelleximus tamen curas & sollicitudines uestras, quas ob absentiam nostram suscepistis. Dolemus certe rem ita se habere, uerum cum ita sit, necessitati tpis uos accõmodabitis. Princeps ut ex literis D. suæ ad nos uidere potuisti, sæpe se celeriter nuncium missurũ affirmauit. Quare nil nobis imputandum est, quia tempus expectamus. Petitis a nobis consilium. At quale in rebus tam arduis & uiro doctissimo subministrare possumus? Exploratissima est uobis mens principis, & quæ nobis scripsit clare uidistis, in nulla re mentem excellentiæ suæ transgressi sumus, & cum singulari diligentia fines mandatorum suorum seruauimus, ita & uobis agendum erit. res arduæ sunt, & nos absentes non possumus in hac solitudine diuinare, quæ menti pontificis D. reuerendissimi Alexandrini cæterorumq; insint, D. Bernardinus auditor noster si in aliqua re utilis erit uobis assistet. Valete, Ex Balneis sancti Philippi die decimaseptima Iunii, M. D. II.

Reinherus Dux Lotharingiæ & Barri &c. Ioanni
Reuchlin Phorcensi. LL. doctori salutem.

MAgnifice doctor, uestri gratia & amore plurimum freti mittimus in præsentia ad magnificentiam uestram Physicum & consiliarium nostrum M. Ioannem Claui doctorem, cui nonnulla credidimus eidem magnificentiæ nostro nomine referenda. Eam proinde uehementer rogatam uolumus, uelitis sibi ac nobis ipsis si coram essem⁹ fidem habere, significareq; si quicquam a nobis factum iri uelitis, quandoquidem fructum a principe bono expetendum expectare potestis. Valete fœliciter. Ex Castineto. xx. Iulii. M. CCCC. XCI.

Ioannes Reuchlin Phorcensis, præceptori
suo Iacobo Iehiel Loans Iudæo.

פשלום שלום לרחוק ולקרוב
אדוני ר׳ יעקוב אלופי ומיודעי׳
ממני המשתוקק והנכסף לראות
פניך הנעימים להתענג מזיו פניך
המאירות לשמוע למודך הטהור
ועתה באתי במגלת ספר לך
להודיעך כי שבח לאל אחרי נסע
ממך הצלחתי בלמודי והגעתי
להשגה גדולה ידעתי תשמח
ותגיל׳ אני יוחנן רוחלין מפורצן
הכותב ראש חדש כסלו שנת
חרסא׳ ליד הנכבד ר׳ יעקוב
בכמר יחיאל לואנש׳

Latine sic.

¶ Pax pax longinquo & propinquo. Domine mi magister Iacobe dux meus & notus meus, a me qui desidero & cõcupisco cernere vultũ tuũ suauissimũ ad delectandũ de splẽdore vultus tui lucentis, audiẽdo doctrinã tuã purissimã, & nũc veni epistolio libello, ut tibi notificẽ, q (laus deo) post recessũ meũ abste pfeci in doctria mea, & veni ad cõsecutionẽ magnã, scio lætaberis & gaudebis. Ego Ioannes Reuchlin ex Phorcen, scribẽs Kalendis Nouẽb. Anno qũinto millenario ducentesimo sexagesimo primo. Ad manum honorabilis magistri Iacobi filii honore excellẽtis Magistri Iehiel Loans, Iacobus Margolith Primas Iudæorũ Ratisponẽsium natione Iudæus ad Io. Reuchlin Phorcẽsem. I. I. Doctorem.

ת"ת כם: באומות יחי ויהום חודו
בשלימות ארוני המעולה בת
בחכמות רוקטור יוחן תולדותו
לבית אבותיו מעיר פורצן וע
ועכשיו דר בעיר שטוקורטן ארוני
ראיתי מבוקשתך ותשוקתך אל
חספרים אשר נקבת בשמותם
מחוברים באמרות צרופות ב
נדברי חקבל אשר היא חכמה
תמימה נעלמה מדוב אנשי ד
דורי נוראין רוב חדעות וחלבבות
משיגות אותה חכמה לרוב ד
דקותה ועומקה ובמופלא מן ה
האדם אל ידרוש כי יש לחוש פן
חכמה יתרבה לנ חחפסק יתר על
חתועלת משל למסתכל בניצוץ
חשמש אשר לרוב ויחרורית
חשמש עיניו כהות ודע ארוני
שאותם ספרים אשר ארוני מ
מבקש לא נמצאו פה לקנות אבל
במה שמה איפשר לי לשורת
לארוני חנני עברך מומן נאם
חץ חנקרא יעקב מרגלית.

Latine sic.

SApiēs in populis uiuat & exaltet gloria eius in probitate domi nus meus promotus in scientiis doctor Ioannes origine sua quo ad domū patrū suorū de ciuitate Phorce,& nunc habitat in ciui tate Stutgarten.Dñe mi,uidi inquisitionē tuā & desyderium tuum erga libros quos recensuisti nominibus eorum compositos eloquiis purgatis,in uerbis cabalæ,q̄ est sapientia immaculata,abscondita a multis uiris nationis nostræ.Et non sunt multæ noticiæ atq; corda apprehendentia illam sapientiam,eo q̄ multum subtiliata est,& p̄ funda & ob occultum ab homine non quærit,quia est arcanæ philosophiæ.Ne forte sapientia multiplicet ei damnum plus q̄ p̄fectū Simile ad ægreferentem in apparentia solis cuius ad multam resplē dentiam solis oculi caligant.Et scias domine mi,q̄ hi libri quos dominus meus quærit non inueniuntur hic ad comparandum. Sed in quo hic possibile mihi ad seruiendum domino meo ecce ego seruꝰ tuus paratus.Dixit,humilis uocatus Iacob Margolith.

Demetrius Chalcondyles natione græcus,quippe Athenien sis,Ioanni Reuchlin Phorcensi.

Δημήτριος χαλκονδύλης ἰωάννῃ τῷ καπνίωνι θῷ πράτ[ι]ν. αἰνέτῶν σοῦ τὴν ἐπιστολὴν ἥδεως,ἐ μόνον ὅτι πᾶσα λογία αὐθρώπου ἡ χρεσοῦ ἄν ἔρασμον καὶ λίαν θ φίλασμοί μ' ἐπιεικῶς γιγνωσκόμενος ἐπέμπετο,ἀλλ' ὅτι θ ἑλληνισὶ γέγραπται,πολλήν τινα θυφυΐαν πρὸς ὦ τ' ἐυτάξαν ὅσ ἡ δεξιότητα πρόσ τε λόγους ἑλληνικοὺς θ τὴν ἄλλην ἅπασαν ἐπιστήμην,καὶ λίαν ἐθαύμαζον λογιζόμενος πῶς ποτ' ἀνεύπω λόγοις αὐθράσιν ἡ λόγον ἑλληνικῶν ἐπιστήμασι συγγινόμενος,ὁπότε οἰκοθεν ἡ οἷον αὐτοματὸς γιγνόμενος,ὅσου ἐν λόγοις ἐπέλασας,ὥστε καὶ ἑλληνίζειν ἥδη καὶ οὕτω καλῶς ἡ γλαφυρὰν ἐπιστολὴν δύνασθαι συντιθέναι.Ἐγὼ μὲν οὖν ἡ ὅτε ἐκ ῥώμης ἐπανήκων ἐνθάδε ἡμῖν ἐνέτυχες γράμματα πρὸς ἑρμολάον καμίσας,ὁπότ' ἐκ βραχέως καμιλῆ ξυνέσας περὶ σοῦ ἐμαντενόμην ὡς ἡ τὰ πρὸς ἐμοῦ πρὸς ἑρμόλαον τότε πεμφθέντα γράμματα ἐμαρτύρει,λελοῦνται ἐν περὶ σοῦ ἡ τ' οὖσ ἀγαθὸς καὶ γλαφυρὰς φύσεως.τὸ λοιπὸν ἔχον.νῦν δ' ἐγὼ ὁρῶν σε ἐρρωμένῃ λόγῳ μόνον θιοῦτο φρόνημα κεκτημένον,μηδὲ ταῦτα τοῖς πολλοῖς καὶ χυδαίοις φρονοῦντα,ἀ'δομαί τε ἐκ ὀλίγας,καί σοι καὶ τῇ σῇ πατρίδι συγχαίρω θιοῦτον ἄνδρα ἐνεγκαμένῃ κόσμον αὐτῇ τῶν ἀρχόντων,ἡ τοῖς ἄλλοις πεπαίδευται κάλλιστον ἑαυτὸν παιδεύσαντα,ὃς καὶ ἐν σαυτοῦ φίλτατον ἀδελφὸν κομιλῆ νέον ὄντα καὶ

χέλον ἐπὶ ξοφοῦ λεόμμον οὕτω πόῤῥω τ᾽ τακτείλος ἐς γλν ϛτοφόει
καὶ ἀλλολαπὴν ϛτέμμνας πέμμαι παιδίας ἕνεκα καὶ ἀγωγῆς ἔλευ
θέρου θὺ πάλαι ῥωμαίοις μμμούμμος. οἱ καίτει γῆσ ἀπάσης χέλον κ
θαλάϲσης ἄρχοντες θὺ ἑαυτῶν ὅμως ὑμῖς ἔϲ ἀθήνας καὶ τακτα χοῦ τ
ἄλλης ἑλλάδος ἐπμτον παιδίας ἑλλμικῆς καὶ λόγων ῥητοικῶν θ
φιλοσόφον μεθέξοντας λοιμάτων. ταῦτα θίνων ϛὲ φρονοῦντα θ ῥῶντα
τίϲ οὐκ ἂν θὲ φρονῶν ἀγάϲαιτο τῆϲ σὺ μεπαλοψυχίας, καὶ αὐτεὶς θὲ
καθ᾽ ἡμᾶς ἑλλνάς τε καὶ λατίνοϲ, γλνναιότητι καὶ τῶ τ καλοῦ ζήλω
ϛτοῤβαλόντα. ὧν οἱ πλεῖϲοι τῆς τῶν λήγων ϖαλῆϲ καὶ τῶν θύγκεδν
καὶ ἐλευθέρου μαθημάτων ἀμελήζαντες πρὸς ἄλλοις μᾶλλον ἂν νοῦν
ἔχοϲι. βαρβάρων ἀλόγων κ᾽ ϑ τῆς ψυχῆς ἄλοζον μόνον θεραπεύοντων
καὶ πεϲβευόντων οὐ λὲ ϖαφέροντες, τῶντε προγόνων ἀναξία πανταχ
πάϲι ῥῶντεϲ ϲοῦ λὲ ἰδία μὴ ἂν ἀϲπαϲθὸν ζωιϲάνροϲ ἡμῖν κοινῆ λὲ ϲὺν
αὐτῶ καὶ ἂν ἕτόρον ταῖϲδε, καὶ ἀξιοῦντος θύμμῶϲ αὐθῖς προφερέϲθαι καὶ
φιλανζόπως, ἐπὶ τε ἐκ νάϲκειν αὐτοὺϲ ὑμῆ τε καὶ ἐῤῥωμεμμ καὶ πρέ
τουζαν παιδίαν χρηϲτῆς καὶ γνναίοις ἤθεϲί τε κ᾽ θιωφίας, ϲφόῤῥα ἀμ
ἀϲκοῖμμ, ἐμὴ πρὶ θὺ ταῖϲδε φιλομαθέϲ τε ὄντας κ᾽ θύφυεῖς κἀξά
πεθῶν φύντας γονέων. καὶ θιούτεις ἀνθρᾶϲιν οἵοι ὑμεῖς ἐϲτ, προϲήκοντας
τοιοῦτοι φαινοίμεθα οἱούϲ ὑμεῖϲ ἀξιοῦτε κ᾽ βούλιϲθε, θὺ ἴϲθι, ὅϖῃ τὰ μὲν
ἐϲ αὖριὸ πεποίηκα μμμ ὁ πόζ ὁ νῦν ἀπάϲτει καιρὸϲ, τὰ ϑ οὐλὲ ἧττον πρὸ
θύμοϲ ϲοῦ γε ἕνεκα ποιοῦμμ τε καὶ ποίϲομεν κατὰ δυνάμιν, ἐῤῥῶϲο
ἀπὸ φλωρεντίαϲ ιανίᾳ ἐκκαιδεκάτῃ. ά υ ϲ ά ἐτϕ.

Latine sic.

Demetrius Chalcondyles Ioanni Reuchlin bene agere.

LEgi epistolam tuam perlibenter, non solum ꝙ a reputato uiro & bono admodum, iāq; amico mihi ob mansuetudinem facto missa est. Sed ꝙ & græce scripta est, magnam quandā industriā exhibēs cōponētis, & dexteritatē ad libros græcos atq; aliam uniuersam scientiam. Eqdem admirabar cogitans quis tandē esses orōne, uiris etiam eloquiorum græcorum gnaris conuersatus, cū domi & quasi teipso discēs factus, tantū in sermone præstitisti, ut & græcissare iam & ita pulchram ac nobilē epistolā possis cōponere. Ego itaq; tum cū Roma rediens huc nobis incidisti, literas ab Hermolao portans, tale aliqd ex breui ualde præsentia de te diuinabā, sicut & ipsæ a me ad Hermolaum tunc missæ literæ testabantur, significantes quam de te & tua bona generosaq; natura opinionem habui. Nūc

autem uidens te facto non uerbo solum talem prudentiam adeptũ neq; eadem multis acuilibus sapientem, & lætor non parum, & tibi atq; tuæ patriæ congratulor, talem uirũ producenti, decus ei existẽtem, & aliis exemplum pulcherrimum ẽipsum præbentem, qui & tuum dilectissimum fratrem germanum ualde iuuenem existentẽ & fere adhuc alimenti egentem, tam longe a patria ad terram ultra mõtanam & peregrinam sustinueris mitti, disciplinæ gratia & educatiõis liberalis. Illos quondam Romanos imitatus, qui tametsi terræ uniuersæ ferme atq; mari dominantes, suos tamen filios Athenas & ubiq; ad aliam græciam miserunt, disciplinæ græcæ & sermonum rhetoricorum philosophicorumq; participes dogmatũ. Ista itaq; te prouidentem & facientem quis utiq; recte sapiens non admiretur tuam magnanimitatẽ? & eos qui apud nos sunt tã græcos q̃ latinos generositate & boni imitatione præcellentem, quorũ plurimi dicendi studium & nobilium liberaliumq; disciplinarum negligentes, ad alia magis aĩmintendũt. Barbaris irrationabilibus & ipm animæ irrationabile solum curantibus ac præponentibus nõ dissimiles, & maioribus suis indigna undiquaq; agentes. Te aũt priuatim quidem fratrem cõmendante nobis, communiter aũt cũ eo & alterum puerum. Et petẽte benigniter eis præesse ac humaniter, adhuc aũt & docere eos sanam & ualidam decẽtemq; disciplinam cum bonis & ingenuis tam moribus q̃ contẽplationibus, uehementer utiq; iniuste ageremus, si non circa pueros dociles existentes & industrios & ex bonis ortos parentibus, atq; talibus uiris quales uos estis coniunctos, tales appareamus quales uos optaueritis & uoluerit is. Recte igitur scito, q̃ ista quidẽ erga eos fecimus quæ cunq; nũc expetit tempus; illa aũt nihilominus propter te fecimus & faciem⁹ pro uiribus. Vale. Ex Florentia. xxi. Iunii. M. cccc. lxxxxi, anno.

Georgii Hermonymi natione græci quippe Lacedæmonii, ad Ioannem Reuchlin epistola.

Γεώργιος ὁ ἑρμώνυμος ὁ σὸς πάτερ Ἰωάννῃ φωρκισσίῳ ὑπὲρ τῆς ἐμῆς ἀπουσίας ἐγὼ μὲν ἤλπιζον ἀθρόως ἐλεύσεσθαί σε τάχιστα ὥστε ἐφ' ἡμέρας ὀλίγας τὴν ἐμὴν φυγὴν ἀνήνεγκον περὶ δὲ τῶν ἑλλήνων λόγους ἔχεις, καὶ νῦν τὰ μάλιστα ὀξέμενος τὰ παρὰ σοῦ πρόσμε πεμφθέντα γράμματα οὐκ ὀλίγης σὺμφορὰς ἤ χάριτος μεστὰ ἦν. ὃ δ' ἐχάρην τὰς μείστας ἰδὰς σοι τῆς διανοίας ἐνεκεν, ἣν πρὸς μὲ σεμνύῃς. ἀλλ' ὧν γραμμάτων, ἐμέλλον σοί τι πλάτ' ἐλλησι αὖ

πίγρα φα λῦναι, ἐμὴ ὁ τ̃ πρόσθεν δι ακομισὶς πρὸσ σὲ ἀφικέσθ ἔστιν
δὶν, ἐρρωσο

Latine sic.

Georgius Hermonymus Spartanus, Io. Phorcensi beneagere.

EGo quidem & alias admiratus sum tuũ & studium & ingenium quod circa Græcorum libros habes, at nunc maxime, recipiens abs te missas ad me literas nõ paucæ elegantiæ atq; gratiæ plenas. Propter quod & gratias maximas agnosco tibi beneuolentiæ causa, quam mihi commonstras per tuas literas. Futurus etiã autem tibi in amplum græce rescripta dare, nisi præsentium lator ad te ire festinasset. Vale.

Adæ Vuernheri Temarensis Tetrastichon.

Cum tua iam totum fumascat fama per orbem
Quam facile audito nomine notus eris
Vix una in cœna nos sors coniunxit amicos
Et iam distrahimur. Fumule uiue uale.

VNiuersis præsentes literas inspecturis & audituris Petrus Vassalli in legibus licentiatus, canonicus ecclesiæ secularis & collegiatæ beatissimi Hilarii maioris Pictauis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis. Vicarius atq; commissarius uenerabilis & circumspecti uiri domini Thomæ de Landaz thesaurariiq; ecclesiæ beatissimi Hilarii maioris Parauis prædictæ, ac ratione dictæ thesaurariæ Cancellarii almæ matris uniuersitatis uenerabilis & fructiferi studii generalis Pict. ab eodem præfato dño Cancellario solus & in solidum ad infra scripta specialiter deputatus Salutem in eo qui est oim scientiarum caput & autor atq; mirificus dispensator. Dignum nanq; & rationi consonum existit, q; iurisperiti qui uitam suam laudabilem ostenderunt, & docendi peritiam & interpretandi subtilitatem patefecerũt, quibus morum grauitas, laborum assiduitas & stipendiorum prolixitas suffragent, prout & ueteribus placuit laudabiliter decorent, ad gradum ascendere permittant celsiorem. Cum itaq; uenerabilis & scientificus uir magister Iohannes Reuchlin Phorcensis diocesis Spirensis, in legibus baccalaurius, de cuius facundia eloquio ue & doctrina, discretaq; morum honestate fama funditus diuulgata consistit, de quo etiam tam in collationibus quæstionum responsionibus q̃ argumentorum dissolutionibus laudabile testimoniũ perhibetur, in præfata alma uniuer-

sitate atq; studio Pictauensi iura ciuilia sub auditorio reuerendorũ patrũ & dñorum Dn. Bernardi Durandi & Hugonis de Banza, utriusq; iuris eximiorum professorum doctorũq; suorum actu in alma uniuersitate Pictauensi in facultate legũ regentiũ continue per tpa sufficientia audierit, & deinde post auditionis & lecturæ suæ tpa cõpleta, secundum statutorum studii prædicti exigentiam atq; p eminentis scientiæ uiros dños doctores, & collegium doctorum in eodẽ studio regentium diligenter cum rigore in camera examinis eorũdem in nostra præsentia examinatus & pro idoneo repertus, ad licentiam publicam sibi per nos obtinendã & recipiendã nobis prædicto uicario & cõmissario præsentatus fuerit, nos requirẽdo dicto baccalaurio licentiam publicam sibi per nos impertiri. Notũ igiẽ facimus per præsentes, q̃ nos præsentationi & requisitioni prædictorum doctorũ benignitatibus annuentes, expoſcentibus meritis dicti baccalaurii retributione condignis, quem de morum honestate q̃ plurimum cõmendãdum cõperimus, hodie in prædicta ecclesia beatissimi Hilarii die siquidem pro licentia publica sibi & aliis nobis ad eam similiter recipiendam præsentatis, impertiendæ in comitiua totius uniuersitatis Pictauensis propter hoc inibi cõgregatæ, pariter & reuerẽdorum patrum & dominorum Abbatum magistrorum doctorum lectorum & nobilium ibidem consistentiũ assignata, præfatum magistrum Ioannem Reuchlin Phorcensem Licẽtiatum in iure ciuili creauimus & creamus per præsentes, eidemq; legẽdi docendi interp̃tandi & publice disputandi in dicto iure ciuili. Et oĩa alia & singula faciendi gerendi & libere exercendi q̃ ad uerũ licentiatũ in dicto iure ciuili noscunt quomodolibet ptinere, hic & ubiq; terrarũ se duxerit transferendũ dedimus & concessimus, tenoreq; p̃sentium damus & concedimus licentiam & liberam facultatem, iuramentoq; ab eodem nobis præstito. Qd̃ nobis dicto dño cãcellario & rectori huius almæ uniuersitatis Pictauensis eorũq; successoribus parebit in licitis & honestis. Et q̃ nec auxilium, consiliũ, uel fauorem cõtra personã dicti dñi cancellarii successorũq; suorũ iuraq; dictæ suæ cancellariæ p̃stabit quoquo modo in futurum. Statutaq; eiusdem uniuersitatis Pictauensis iuraq; & p̃rogatiuas ipsius domini cancellarii successorumq; suorũ inuiolabiliter obseruabit, ad quemcunq; statum peruenerit. Et quanquam secundum statuta

dictæ noſtræ uniuerſitatis Pictauenſis dictus Reuchlin iuramẽtum nobis præſtiterit de non recipiendo inſignia doctoratus alibi q̃ in hac alma uniuerſitate Pictauenſi, uiſis tamen & diſcuſſis nonnullis rationabilibus cauſis, nos una cum collegio doctorum eorundem facultatum ad hoc expreſſe cõſentientium dictum Reuchlin diſpẽ ſauimus & diſpenſamus per præſentes de recipiendo inſignia docto ratus quando & ubi uoluerit. In cuius rei teſtimonium, ſigillum di ctæ theſaurariæ cui prædictæ cãcellariæ officium eſt annexum præ ſentibus literis duximus apponendum. Datum & actum in prædi cta eccleſia beatiſſimi Hilarii maioris Pictauis die. xiiii. mẽſis Iunii. Anno. M. CCCC. octogeſimo primo.

Capnionis Priuilegia a Friderico. III. Imp.

FRidericus diuina fauente clemẽtia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Hũgariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, ac Au ſtriæ, Stiriæ, Carinthiæ & Carniolæ dux, dñs Marchiæ ſclauoni cæ, & portus naonis, Comes in Habſpurg, Tirolis, Phirretis & in Ki burg. Marchio Burgouiæ & Lantgrauius Alſatiæ, Honorabili Ioan ni Reuchlin artium & legũ doctori ſacri lat. Palatii, aulæq; noſtræ & imperialis conſiſtorii comiti, necnon noſtro & imperii ſacri fide li dilecto gratiam Cæſaream & omne bonum. Honor imperatoriæ maieſtatis eiuſq; gloria in excelſo ſolio collocata tanto ampliori bus commendationum exaltatur preconiis, tantoq; gratioribus fi dei & deuotionum impendiis fulcitur, quanto indeſinentis ſuæ uir tutis donaria, largiori benignitatis munere copioſius fuderit in ſub iectos, quos pro noſtris & ipſius ſacri imperii honoribus probatiõe multiplici conſtat feruẽtibus ſtudiis inſudaſſe. Sic a coruſcante ſplẽ dore imperialis ſolii nobilitates aliæ uelut è ſole radii prodeuntes ita fidelium ſtatus & conditiones illuſtrant q; primæuæ lucis inte gritas minorati luminis detrimenta non patitur, immo amplioris undiq; rutilantis iubaris expectato decore profunditur, dum in cir cuitu ſedis Auguſtalis illuſtrium Comitum Baronum nobilium & procerum numerus ad imperii ſacri decorem fœliciter adaugetur. Sane ad nobilitatem & multum conſyderandam tuæ circumſpe ctionis induſtriam aliaq; multiplicia uirtutum tuarum inſignia, no biſcum ſæpenumero & intra arcana pectoris noſtri reuoluentes, co gitare plærunq; ſolemus, quonam te potiſſimum munere & digno

ornaméti titulo ac beneficentiæ dono decoremus. Et tu te ꝑcipuis erga nos & Romanum impium meritis a Cæsareano fastigio præ aliis sentias præcipuo fulgore illustratum, futurisq; temporib⁹ fixa & stabilis nostræ imperialis largitionis memoria in te præcellenti⁹ resplẽdescat. Te igitur Ioannem Reuchlin memoratum quem uir tutum claritas & laudabilium morum uenustas speciali decore redit insignem, animo deliberato non per errorem aut improuide sed sano Principum, Comitum, Baronum, & procerum nostrorum & imperii sacri fidelium dilectorum accedente consilio, motu proprio, de certa nostra scientia & imperialis plenitudine potestatis, sacri lat. palatii aulæq; nostræ & imperialis consistorii Comitem facimus, creamus, erigimus, nobilitamus, attollimus, & autoritate nostra imperiali gratiosius insignimus. Decernentes et hoc imperiali statuentes edicto, ꝙ tu ex nunc in antea oñibus priuilegiis, iuribus, emunitatibus, honoribus, consuetudinibus et libertatibus frui debeas et gaudere, quibus sacri lat. palatii comites hactenus freti sunt seu quomodolibet potiuntur consuetudine uel de iure. Quodq; possis et ualeas ꝑ totum Romanum imperium facere et creare notarios publicos seu tabelliones et iudices ordinarios, ac uniuersis personis quæ fide dignæ habiles et idoneæ sint notariatus seu tabellionatus et iudicatus ordinarii officium concedere et dare, et eos ac eorum quemlibet autoritate imperiali de prædictis per pẽnam et calamarium inuestire prout moris est. Dum tamen ad practicam et executionem habiles et idoneos inueneris, super quo tuam conscientiã oneramus. Dummodo tñ ac ipsis notariis publicis seu tabellionib⁹ et iudicibus ordinariis per te faciendis et creandis ut præmittit̃ et eorũ quolibet uice et noie sacri impii et pro ipso Romano impio debitum fidelitatis recipias corporale et ꝑprium iuramentum, in hunc modum uidelicet, ꝙ erunt nobis et sacro Romano imperio et oĩbus successoribus nostris Romanorum imperatoribus et regibus legitime intrantibus fideles, nec unq̃ erunt in consilio ubi nostrum periculum tractet̃, sed bonũ et salutem nostram defendent, et fideliter promouebunt. Damna nostra pro sua possibilitate euitabunt et auertent. Præterea instrumenta tã publica q̃ priuata ultimas uoluntates, codicillos, testamenta quæcunq; iudiciorum acta & oñia et singula quæ illis et cuilibet ipsorum ex debito dictorum

officiorum facienda occurrerint,uel ſcribenda iuſte pure fideliter omni ſimulatione,machinatione falſitate & dolo remotis ſcribent legent & facient,non attendẽtes odium,pecuniam, munera, uel alias paſſiones aut fauores.Scripturas uero quas debebunt in publicã formam redigere,in membranis mundis,nõ in chartis abraſis neq; papyreis fideliter conſcribent legent facient atq; dictabũt, cauſaſq; hoſpitalium & miſerabilium perſonarum necnon pontes & ſtratas publicas pro uiribus promouebunt.Sententias & dicta teſtium donec publicata fuerint & approbata ſub ſecreto fideliter retinebunt & omnia alia & ſingula recte & iuſte facient, quæ ad dicta officia quomodolibet pertinebunt conſuetudine uel de iure. Quodq; huiuſmodi notarii publici ſeu tabelliones & iudices ordinarii per te creandi poſſint per totum ſacrum Romanum imperium & ubilibet terrarum facere conſcribere & publicare contractus,inſtrumenta,iudicia,teſtamenta,& ultimas uoluntates,decreta,& auctoritates interponere in quibuſcunq; contractibus requirẽtibus illas uel illa, ac omnia & ſingula alia facere publicare & exercere,quæ ad officium publici notarii ſeu tabellionis & iudicis ordinarii pertinere & ſpectare noſcuntur.Inſuper eadem Cæſarea autoritate prædicta ex certa ſcientia motuq; ſimili tibi concedimus & largimur, q; poſſis & ualeas Naturales,Baſtardos,Spurios,Mamſeres,nothos, inceſtuoſos copulatiue aut diſiunctiue & quoſcunq; alios ex illicito & damnato coitu procreatos uiuentibus uel etiam mortuis eorum parentibus legitimare.Illuſtrium tamen principum, comitum, baronumq; filiis duntaxat exceptis,& eos ad omnia iura legitima reſtituere & reducere, omnemq; genituræ maculam penitus abolere, ipſos reſtituendo & abilitando ad omnia & ſingula iura ſucceſſionum & hæreditatum bonorum paternorum & patrimonialium etiam feudalium & emphyteoticorum,& generis cuiuſcunq; alterius etiam ab inteſtato cognatorum etiam agnatorumq;. Et ad honores & dignitates ſingulos actus legitimos,ac ſi eſſent de legitimo matrimonio procreati,obiectione prolis illicitæ penitus quieſcẽte. Et q; ipſorum legitimatio facta ut ſupra pro legitime facta maxie teneatur & habeatur,ac ſi foret cum omnibus ſolennitatibus iuris, quarum defect9 ſpecialiter autoritate noſtra imperiali ſuppleri uolumus & Intendimus.Dummodo legitimationes huiuſmodi per te

faciendæ non præiudicent filiis legitimis & hæredibus, sed ipsi legi timandi cum legitimis æquis portionibus suis succedant parenti bus & agnatis. Non obstantibus in prædictis aliquibus legibus, qui bus cauetur, q̃ naturales, bastardi, spurii, incestuosi copulatiue uel disiunctiue uel alii quicunq; de illicito coitu procreati aut procre andi non possint uel debeant legitimari sine consensu & uoluntate filiorum naturalium & legitimorum, ac aliis quibuscunq; legibus, iuribus, constitutionibus, seu consuetudinibus præsenti nostro in dulto & concessioni quouis modo contrauenientibus, quibus omni bus & singulis & cuilibet ipsarum uolumus expresse de certa nostra scientia derogari. Et etiam non obstantibus in prædictis aliquibus legibus aliis, etiam si tales essent quæ deberent exprimi & de eis fieri mentio specialis, quibus obstantibus & obstare ualentibus in hoc casu duntaxat ex certa scientia & de plenitudine nostræ imperialis potestatis rationabiliter derogamus & derogatum esse uolumus per præsentes. Eadem etiam autoritate omnem solennitatem iuris si qua in superioribus requireretur & quemlibet alium defectum supplentes. Præterea singularibus donis quibus tu aliis te munificũ reddere ualeas, & acceptum præuenire cupientes, tibi ut in facultate aut facultatibus quibus malueris uiros scholasticos ad hoc idoneos & sufficientes decem doctores tantum, adhibitis tamen in quali bet creatione ad minus doctoribus tribus de professione eius qui creandus erit, si in loco fueris ubi doctorum copia haberi poterit, sin minus, quos ipse iudicaueris hac promotione dignos facere creare & promouere, illis quoq; consueta ornamenta & insignia docto ralia concedere & conferre possis & ualeas, autoritate nostra imperiali præsentium per tenorem, plenam concedimus potestatem & facultatem. Volentes q̃ illi per te in doctores promoti & promouendi in locis omnibus & ciuitatibus Romani imperii & ubiq; terrarum libere debeant & possint doctorales actus facere & exercere, omnibusq; & singulis gaudere & uti priuilegiis prærogatiuis & exemptionibus libertatibus & concessionibus honoribus præeminentiis & fauoribus ac indultis & gratiis aliisq; quibuslibet quibus cæteri doctores in studiis priuilegiatis & generalibus, necnon in curia nostra imperiali merentes gaudent & utũtur, uti & gaudere possint quomodolibet in futurum. Et ut tu Ioannes Reuchlin memorate

ab imperiali culmine uberiori te gratia affectum intelligas, excel
ta noſtra ſcientia & imperialis poteſtatis plenitudine te & Dionyſi
um Reuchlin fratrem & germanum tuum necnon liberos ueſtros
ex lumbis ueſtris legitime deſcendentes tam maſculos q̃ fœminas
ad nobilium uirorum gradus & inſigni nobilitauimus, nobiles feci
mus, conſtituimus, creauimus, & inſigniuimus, nobilitamus, nobi-
les facimus, conſtituimus, creamus, & nobilitatis faſtibus & titulis ui
gore præſentium clementer inſignimus, & uos iuxta qualitatem
humanæ conditionis nobiles dicimus & nominamus. Et ab uniuer
ſis & ſingulis perſonis cuiuſcunq; conditionis præeminentiæ ſtatus
& dignitatis exiſtat pro ueris nobilibus haberi dici & nominari uo
lumus & reputari. Hoc imperiali ſtatuentes edicto & eadem autori
tate expreſſe decernimus, q̃ uos fratres ſupra ſcripti & qui ex uobis
legitime naſcentur, eorumq; hæredes, deinceps ab hinc ubicunq; lo
corum & terrarum in iudicio & extra in rebus ſpiritualibus & tem
poralibus, eccleſiaſticis & prophanis etiam ſi in præſentibus de ip̃is
fuerit facienda mentio ſpecialis, necnon in omnibus & ſingulis ex
ercitiis actibus & ſtudiis illis honoribus dignitatibus officiis liber-
tatibus inſigniis priuilegiis gratiis & indultis, modo ſupra ſcripto
gaudere, uti, & frui poſſitis & debeatis, quibus ſacri imperii Roma
ni nobiles de nobili procreati proſapia gaudent utuntur & fruunt̃,
& ad quæ admittuntur & recipiuntur, quomodolibet conſuetudie
uel de iure, ac ſi de quatuor auis parernis & maternis militaribus ge
niti & procreati eſſetis. Cæterum & ut uberioris beneficentiæ no-
ſtræ dono meritis ueſtris exigentibus a nobis uos ſentiatis abũdan
tius exornari, uobis & hæredibus ueſtris legitime ex lumbis ueſtris
deſcendentibus arma illa & inſignia ſuperius deſignata uidelicet
Scutum coloris ceſii, alias laſurii appellati, in cui⁹ medio ara aurea
cum accenſis carbonibus & fumo, inſcripta in quadro his literis,
Ara Capnionis. Scuti autem ſummo impoſita galea torneamenti,
uiridis lauri ſerto coronata & ceſiis aureiſq; teniis redimita. Citreã
molendini rotam continet, quemadmodum in medio præſentiũ
pictoris arte clarius cernuntur figurata, autoritate noſtra cæſarea
de nouo gratioſe concedimus & largimur. Volentes atq; prædicta
imperiali decernentes autoritate, q̃ uos præfati Reuchlin & hære-
des ueſtri legitimi ex lumbis ueſtris deſcendentes iiſdem armis &

insigniis tam ioco q̃ serio in torneamentis, hastiludiis, pugnis, bellis duellis, uexillis, sepulchris, sigillis, annulis, & aliis clenodiis siue actibus nobilium militarium ac armigerorum more deferre & gestare ac eis uti & frui possitis & debeatis, ac ipsi possint & ualeant contradictione & impedimento cessante qnorumcunq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ creationis decreti statuti concessionis, derogationis, nobilitationis, armorum concessionis & uoluntatis, gratiæ paginam infringere, aut ei quouis ausu temerario contraire, sub pœna nostræ idignatiõis grauissima, & quadraginta Marcarum auri puri, quas contra facientes totiens quotiens contra factum fuerit, ipso facto se nouerint irremissibiliter incursuros. Quarum medietatem imperialis Fisci siue ærarii, residuum uero parté iniuriam passorum usibus decernimus applicari. Præsentium sub nostri imperialis Maiestatis Sigilli appensione testimonio literarum. Dat. in oppido nostro Lyntz, die uicesima quarta mensis Octobris. Anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo. Regnorum nostrorum romani quinquagesimo tertio, Imperii quadragesimo primo, Hungariæ uero tricesimo quarto.

FINIS

Mox Lector amice, selectarum adest Capn. epistolarum liber secundus, hactenus typis ac formulis minime aratus.

CAPNIONIS ORATIO AD ALEXANDRVM VI. PONTIFICEM MAXIMVM, PROPHILIPPO BAVARIAE DVCE

Palatino Rheni, Sacri Romani Imperii Electore, Ioannis Reuchlin Phorcensis LL. Doctoris Oratio, VII. Idus Sextiles. Anno Salutis M. IID. Romæ.



EATISSIMA VICIS TVAE SORS illa, Pontifex Maxime Alexander & sublimis, augustaq; sedes ea, in quam non hominum tantum uotis, uerum etiam Dei summi nutu cælitꝰ & diuina prouidentia uocatus atq; locatus, non temere illapsus es, iterum atq; iterum optime de te, ac de insigni liberalitatis tuæ clemẽtia sperare me facit. Neq; enim aliter arbitrari quenq̃ fas est, nec secus in omnium opinione uersari oportet, q̃ q; te talem ingenua pietate patrem patriæ mitissimum præfecerit is qui ait, Discite a me, quia mitis sum. Et post multiplicata sæpius non seueritatis, sed amoris promissa Petro prædecessori tuo Sanctissimum hoc tribunal, & hæc tua fœlicia pascua commendauit. Qui cum esset uerissimus rerum æstimator deus, beatos esse mites ipsos testabat, quibus terræ pollicitus est possessionẽ. Quanto igitur maiori te uoluit pollere Christus non humanitate tantum, quam uulgo habent, sed etiam præter cæteros nobilitate mansuetudinis & naturæ clementia, qui tuis istis clauibus spiritualibus, atq; cælestibus, non solum aliquantulam terræ glebam, uerum & uniuersum hoc orbis terrarum spacium contulit. Quo sacro munere te Pontificem animarum sui similem constituit, ut saucias mẽtes a uulnere liberes, infundendo non acetum sed oleum, ut membra sanes ungendo non abscindendo, ut patrem te præbeas non uitricum, hæc qua mente a me dicantur, quippe optima, Sanctissime Præsul etiam atq; etiam rogo q̃ indulgentissime audias. Filium se tuum Illustrissimus ille Philippus Bauariæ dux, Sacri Romani Imperii princeps Elector, & semper fuisse gaudet, & nunc quoq; confiteꝰ esse, qui amplissimum Sanctitati tuæ honorem, deuotissimam reuerentiam, pietatem maximam, dilectionem præcipuam uel po

tius amorem in terris ſummum debeat,& ut ſibi uiſum eſt diligen tiſſime præſtiterit. Tute rurſus illi patrem eſſe,cum alias diuino ora culo,tum etiam ſæpe,multumq; per tuas apoſtolicas literas oſtendi ſti. Fœlix uinculum,beata neceſſitudo,fortunata utrinq; connexio, patris & filii. Lætatus es non dubito ſæpe,talé & tã præſtantem in pa tria poteſtate habere te filium,tam nobili proſapia,& ex regum re gibus ortum,tam infractum uiribus,tam potentem ſuis copiis,tam gratioſum ſuffragiis aliorum,tanta frequentia ſtipatum & amico rum & ſociorum. Cuius poſſet aliquando tua ſanctitas in aduerſis & calamitoſis caſibus, Vt ſunt humanæ omnes facile mutabiles,com modiſſime frui auxilio. In proſperis autem honeſto p tua dignita te obſequio uti ad eccleſiæ catholicæ nõ tantũ decorem & magnos apparatus,ſed etiam ad neceſſitatem & ad futuros euentus. Lætatus & ille & o quoties exultando lætatus tam propitium ſe habere Se dis Apoſtolicæ patrem,nihil niſi Pontificem Maximum Alexan drum proſpere diu,& fœliciter uiuere optabat,ſeſe tuo foueri ſinu, hærere amplexibus,ac paternæ pietatis oſcula & benedictionem ex pectare putabat,ut officioſus,ut gratus,ut tali,tantoq; patre dignus filius. Conſtituit ſecum,& Coſs. nobis ſæpe aperuit,hoc ſe in ſanctam tuam ſedem eſſe animo,ſic mentem ſuam in amorem & miniſteri um tui deſtinaſſe,ut ſiquando eius opera ſiue ope foret ſeu conſilio ſtudio,fide,aut uiribus opus,cum omni ſuorum caterua, & exercitꝰ multitudine,cum clientibus uicinis,tribulibus,cum totius ſuæ pro ſapiæ,amicorum & neceſſariorum frequentia tibi tuæq; ſedi aſſiſte ret,omnibus rebus & fortunis ſuis opitularetur,& corpore ipſe pro pugnaret. Sed in tanto pietatis nexu,in tam firma Philippi de tua clementia opinione atq; ſpe omnis erga ſe beneuolétiæ tuæ, ſubito irrepſit diaboli coluber,quietis turbator,& autor mendacii, qui fer rè non poterat tam præclaros, & Reipub. chriſtianæ tam utiles in uicem affectus patris atq; filii. Emerſit enim unus aliquis minutus Monachus (ſi tam ſancto monachi nomine uocari fas eſt) qui mo leſtis & importunis (ut aiunt) clamoribus & compoſita tragœdia, & ficta lamentatione,ſanctiſſimam tuam manſuetudinem,a ſolita in principes clementia ad inauditam auſteritatem traduxit. Vtq; breui recenſeam quo ex fonte tartarea hæc flumina, Styx illa & ar dens phlegethon emanauerint. Eſt intra merum imperium ac ditio

nem inclyti Philippi Cœnobium, quod lingua germanorum VVil
senburg appellatur, id diuturno tractu tẽporis de monachis bonis
peruersum fuerat in fratres non bonos. Qui male instituta uita &
pessimis moribus imbuti, & exemptiõis cuiusdam nescio qua liber
tate freti cuncta pene prodegerant, in tantum ut latrunculorum, q
militiam induissent. Eas iniurias immo miserias sacro loco inflictas
diutius æquis oculis uidere non potuit Illustrissimus Bauariæ dux
quondam Fridericus diuus huius Philippi principis mei & patruus
& legitimus in imperio tutor. Quin & iusticiæ & religionis amore
commotus, adhibuit constantem solicitudinem, uehementem dili
gentiam, indefessos labores, & immensos ærarii sui sumptus supra
ducenta millia florenorum ad idem monasterium ab interitu uen
dicandum, & ab intolerabili pernicie ad salubriorem integritatem
restaurandum. Fœliciter acta res est, inuitis etiam dissipatoribus, &
deuastatio reparata est, & cura loci excellentissimo principi Philip
po electori, cuius res nunc geritur agnata est. Is patrui sui uestigia
imitans, q defunctus struxit, hæres conseruauit, & ita cõseruauit Be
atissime Pontifex, ut Henricum priorem Abbatem, illum litigio
sum & singulari audacia hominem, ab hostibus & ingruentibus pe
riculis non sine incredibili suo impendio defenderit, & ad proxima
tempora locum sacrum oportunissime tutatus sit, quousq; uirus stã
dem ingratitudinis et confidentia quorundam monachorum eru
pit. Qui ut uagerẽtur licentius, & sub honestiori uocabulo extra mo
nasterium degerent foris maluerunt obligurire fratrum annonam
q̃ domi nocturnis diurnisq; cantibus deo seruire, atq; ut sibi eam
licentiam in longius protraherent, putabant sibi non satis fore si ui
cinis tantum odio essent, nisi etiam & principem suum & defensorẽ
calumniis lacesserent. Itaq; rem mẽdaciis & ut accepimus periuriis
plenissimam, & ante hac omnibus seculis inauditam apud excellen
tissimum tuæ sanctitatis tribunal ausi sunt, ut diceret iusticiam sibi
de Philippo duce integerrimo negatam fuisse, & q nemo cõtra Pa
latinum iusticiam consequi possit. Deinde (ut fertur) super nescio
quibus prædiis ac censibus prophaniq; causis, auditorem sibi a tua
beatitudine per calumniam impetrarunt. Is quidem auditor igno
ramus quo calore, sed tamen nimis, ut uidetur, inconsyderate istum
tuum tam dilectum & nobilem filium non tantum imperii Roma

ni ſuperilluſtrem & conſularem principem, uerum etiam imperatoris electorem & alioquin dictatorē regni, in cauſis manifeſte prophanis clam urgere & ad ſua ſubſellia trahere auſus eſt, nullo rerum aut dignitatis diſcrimine habito. Quid multis? proceſſit ille, uel ut uerius dicam, prolapſus eſt repente nimium, & ſupra q̄ expediebat accelerate ad excommunicationem honoratiſſimi & inuictiſſimi ducis. Eo nō dum audito, neq; defenſo, in non mediocrem tam generoſæ tamq; nobilis Bauarorum familiæ & nominis ignominiam. Quæ cum ita ſint, Alexāder Maxime Pontifex, non dico abſte quem paterna clementia non ſinit eſſe crudelem, ſed per tuos qui ſe mandatam a ſanctitate tua iuriſdictionem habere gloriantur, præſumpta, & præter æquum ac bonum adeo præcipitata, impulſu magis arrogandæ autoritatis q̄ inquirendæ ueritatis amore, ut in omnium fere gentium, maxime autem totius Germanicæ nationis conſpectum, multo prius, q̄ ad moderatiſſimas principis mei aures deuenerint. Tamen ab officio amantiſſimi filii Philippus nō recedit. Sed apud te indulgentiſſimum patrem ſuum, etiam ſiquid imprudenti erratum accidiſſet, ſaltem locum aliquem reſtare ſperat & ueniæ & gratiæ, quo magis uirtuti conſōlatur illuſtriſſimorum principum, q̄ uagantium fraterculorum audaciæ. Ad illud obtinendum tria ſunt, quæ nos in hac cauſa, quod optamus, non fruſtra ſperare faciunt, aduerſariorum temeritas, & iudicii rigor, & amplißimi principis innocētia. De quibus q̄ breuiſſime dicendum mihi eſt, ne tuas benignas aures male offendere uidear. Quid non temere putamus eos, litem, contentiones, & iurgia quæreret qui conuentiones maiorum & ueterum inſtituta & regni pacem interturbant, alienis & externis ſuffragiis confiſi, quibus de uita, de fortunis, de fama, de quibuſcunq; periculis, facile poſſit contingere domeſtica ſubſidia, & ea auxilia, quæ præſto ſint, & ad manum. Aut quæ nam eſt probabilis ratio, foris quærere, quod domi habeas? Num diſtat a friuola pertinatia trahere uicinum trans alpes, per Apennini pruinam atq; niues in cauſa, quam te cum intra decimum miliarium conſequi poſſis, inter ipſos inquam pene domeſticos parietes. Quid a temeritate abeſt, ſine uenia irritare patrem, uexare patronum, obliuiſci beneficiorum, exacerbare defenſorem, auſu & audacia uiolare & euertere diuina & humana omnia? Dabis mihi ueniā

Maxime Alexander oranti contra perfidos pro fidelì, pro pietatis autore, contra impios, pro beneficio cõtra ingratos, & quod potissimum est, pro tuæ sanctitatis nobili filio, contra degenerem & subditicium partum, contra eos qui tua paterna erga filios solicitudine abutũtur, quasi tua sanctissima sedes illis uideatur esse belli seminarium, ac non potius concordiæ fomentum. Nam si pacem q̃ discidium mallent, si præferrent monasticum ordinem cauponibus & tabernis, si statum monasterii plus optarent, q̃ ruinam, iandudum cuiuslibet etiam quæstionis finem apud patrios iudices non modo assecuti, sed & consecuti fuissent. Sed o impudentiam, negata inquiunt nobis iustitia fuit, scilicet ostendant ante fuisse uel aliquam supplicationem principi oblatam, producant ullam citationem. Quis hoc homo stolidus crederet, sub tali orbis terrarum domino & gloriosissimis istis regni proceribus in tam fœlici & pacato imperio negari iustitiam? quæ sola radix est pacis, & firmamentum quietis, habent Germani iustum regem & solidas leges, quibus uniuersimunicipes regni, omnia urbana sua, cuncta rustica prædia, sedes, focos, annonas, aras, libertatem, uitam, denique omnem ab iniuria possint defendere. An putas Philippum illum tuum, qui suapte natura iustitiæ grauissimus cultor est, uoluisse refragari æquitati, aut iustitiæ competenti? qui iuris constitutioni & legibus ferendis ante, ac iam pridem in Romani imperii publicis comitiis in Vangionibus, atq; sæpe alias non ut dux palatinus interfuit modo, uerum etiam ut cõsul regni & è numero electorum secularium summus, egregie præfuit, & tabulas legum ipse primus post Archiepiscopos obsignauit, quo certe singularissimus iustitiæ cultor ostenditur. Mendaciis igit & periurii sponsione fallaces monachi contra nobilissimum filium tuum calumniati sunt, iustitiam sibi fuisse denegatam. Testes sunt regiæ maiestatis literæ Romam missæ, quibus causa remitti postulabatur, testis & Regale interdictum monachis, ut patrias sanctiones in causis prophanis imitarentur, promulgatum. Quæ omnia ab aduersariis contempta sunt. At uide quid non ausint contemnere, qui se ad periurium obtulerint, qui restauratorem eius loci & cõseruatorẽ, & patrẽ atq; patronũ uenia nõ obtenta inuitũ, extra territorii finibus traxerint, in causis & negociis secularibus & feudalibus regni cõtra senatus consulta, contra leges impii & p̃ter decreta maiorũ. De temeritate igit aduersariorũ hactenus fortasse multa nimis.

Nunc me de rigore iudicii aliquanto breuius dicentem benigne (ut omnia soles) & q̃ patientissime audias. Non enim beatitudinis tuæ rectissimum in administranda iustitia propositum uitupe rio, nec autoritatem minuo, nec bonitatem animi tui non laudo, quod monachorum tametsi fictos, tamen crebros & importunos clamores exaudisti. quod preces eorum quantumcunq; captiosas & periuriis fundatas recepisti. Nemo enim nisi sub specie ueritatis fallitur, quod denicq; propter innumerabilium negotiorum tuorum inundationē causam auditori demandasti. Nec rursus tam promptam auditoris obedientiam possum, aut si possem, nolo reprehendere. Fecit fortasse in suscipiendo quod officium postulabat. Sed eius tamen erat imitari prudentiam tuam, æmulari sanctissimos mores tuos, & non esse negligentiorem omnium rerum indagatorem qui sit mandatarius, q̃ tu solitus es, qui mandasti cuncta rimari oportebat ante, q̃ ad tam graues censuras descendisses, priusq̃ tot offendicula, tot scandala tanto populo, & tam latæ plebi obiiceret, aut tot prouincias in unius principis cōtēptu exacerbaret. Vñ facile concitati uulgi aduersus clerum seditio aliqua imminere queat. Cūq; in supplicatione porrecta legisset monachum impii uassallū, a rege Romanorū tpalia recipientem, & (ut tenore ipsius suppliq; a tionis utar) a clementissimis orthodoxæ fidei cultoribus, impatoribus, & regibus una cum tpalium abundantia magnifice ditatum (talia nāq; sua uerba fuere) sup castris, uineis, uillis, pratis, iudiciis, & iurisdictiōibus secularibus, cū inclyto Romani impii duce in iudicio uelle contēdere, tū ut de duobus gladiis neuter alterū despiceret instar Pelagii papæ rūdisse decuit. Mi frater si qs̃q̃ clericus siue inferioris seu potioris grad⁹ existat, & cōtra laicā pſonā suas dirigat actiōes, ille modis oībus nō alibi q̃ apd̄ puinciæ iudicē, negociū suū dictur⁹ occurrat. Quia vo monach⁹ es. Augustinū monachorū parentē ignorare nō debes, qñ ait, p iura regū possidēt possessiōes & iure hūano dr̄ hæc uilla ē mea, regē ergo reuerere & sceptrū ei⁹ pri⁹ iplora. Talis exhortatio prudētis auditoris fuisset & pacis amica & magis canonica. At uel nomen ipsum illustrissimi ducis palatini, in tanto imperii fastigio & imperialis electionis culmine locati, ad æquitatē aliq̃, aut nōnullā maturitatem inducere potuisset auditorem tuum, ad ingrendum diligentius & considerandum quis esset,

aduersus quem isti Minuti fraterculi dimicarent, cuius famam lacerarent, cui molirentur insidias, sic enim reperissēt agi de autoritate, de nomine, de fama excellentissimi Præsidis prouinciarum Romani Imperii, qui secundum Iustiniani constitutionem de defensoribus latam, iudex iudicum potius uidebitur esse, & ex hoc honestior præcedentium apparere. Vnde senatus consulto cautum extat, ut de his qui prouincias regunt parcissime ius dicatur, Nec enim id nunc urgeo, quod in ius uocari non oporteat, neque consulem, neq; præfectum, neq; prætorem, neq; proconsulem, neq; cæteros magistratus, qui imperium habent Vlpiano autore. Sed tantum ut parcissime ius dicatur æquitate seruata semper in humaniorem partem declinando, secundum quod personas & causas, loca, & tempora uideas postulare. Potissimum uero exitus rerum animo metiamur oportet, cum non huius, aut illius hominis uertetur periculum sed plurimorum corporibus strages immineat, Tunc enim diui Augustini sententia, detrahendum est seueritati, ut maioribus malis sanandis caritas syncera subueniat, maxime cum ille corripitur, qui habet sociam multitudinem. Et non id solum, sed etiam cui & in quem innumerabiles populi lege regia, omne suum imperium, & omnem potestatem contulerunt, qui tam latas prouincias habitat Bauariæ, Sueuiæ, tractusq; Rheni ultro citroq;. Vnde & Palatinus Rheni cognominatur. Fuit igitur fuit auditoris tui officium ad imitationem naturæ & prius & sæpius tonare, q̄ sua fulmina iaceret, ante benignis uotis instare, ante hortari, ante monere, si non legato, at nuncio, q̄ talem Principem & superilluſtrem ducem ab ecclesia catholica eiiceret, quem ea ipsa in periculis defensorem & adiutorem expectat, ante q̄ a clero segregasset eum, qui cleri autor & patronus est. Cuius patrimonio clerus uiuit atq; nutritur, a quo ipso & a cuius maioribus innumera clericorum beneficia fundata & dotata sunt. Quorum annuæ pensiones si consyderentur, magnificum aliquem principatum excellerent, qua opum multitudine carendum hactenus est Palatino, ut sacerdotes non esuriant, immo ut splendide uiuāt, tamen auditoris tui rigore factum est, ut a sacerdotum cerimoniis, ipse beneficiorum collator & patronus cogatur abstinere. Multo fuisset æquius causam omnem ad tuam Sanctissimam prouidentiam retulisse, cui Philippus plane notior est:

Scio quæ tua est circunspecta sagacitas, non illum tam facile abie-
ctisses, quem agnosceres in tanta dignitate honoris, in tã illustri sub
limitate officii constitutum, qui summus in regno consul, solus ua
cante imperio curator, prouisor & interrex, & quod omnium ma⁹
est etiam ipsius imperatoris in quibusdam controuersiis certus iu
dex, & futuri regis elector existit. Omitto q̃ sit inclyta progenie na
tus ex latissimorum regnorum regibus. Cui auus paternus Roma
norum rex fuit diuus Rupertus. At uero maternus auus religiõi de
uotissimus Allobrogum dux Amedeus defuncta coniuge ob uitæ
integritatem quondam in papam Fœlicem electus. Præterea Ru
perti proauus fuit Ludouici Romanorum regis frater germanus.
Sic præclarissimam huius Philippi prosapiam citius ueneraberis q̃
contemnas. Habet octo quoq; eleganti corpore filios, & speratæ in
dolis, qui maiorum suorum prosperis successibus & propria uirtute
freti, uenient non humili dignitatis gradu amplificandi, hũc talem
non aliquis cuilibet bubulco præferat, hunc tam concito motu, &
tam leuiter quisquam excommunicet⁹ præsertim absentem & co-
ram tua sanctitate per nuncium rationem absentiæ suæ ostenden
tem. Primum quod cum causa sit prophana & monasterium ab im
peratore sua recipiat temporalia feudum⁹ recognoscat, placuerit
regiæ maiestati eam more maiorum coram suo tribunali fore ter
minandam, quod & ita instituí autenticis literis mandauit. Sic
enim beatitudinis tuæ prædecessor Innocentius tertius. Non nega
mus, inquit, quin præcellat Imperator in temporalibus illis, qui ab
eo suscipiunt temporalia, sed Pontifex in spiritualibus antecellit.
Deinde patet omnibus sacra Imperii constitutio, quæ per excellen
tiam bulla aurea uocatur, in qua citationes extra territoria princi-
pum electorum intentatæ cassantur, & pro irritis declarãtur, nisi ad
imperialem aulam quis duxerit prouocandum, & nisi petenti iusti
ciam aperte negeꝫ. Postremo addenda est Sanctio pragmatica, pax
decennalis, & pax Vuormaciæ a subditis imperii tam spiritualibus
q̃ temporalibus suscepta & laudata, quæ si parua tibi uiderentur, te
nuia & exilia, tamen non ita tuo auditori sæuiẽdum fuit, in tam no
bile caput. Sed cõcilii Carthaginensis meminisse debuit, scilicet stu
dendum esse episcopis, ut dissidentes sibi laicos ad pacem magis q̃
ad iudicium coerceant. Ad componendum itaq; decebat eum par

tes ſuas prius interponere iuxta Honorii tertii Decretum. Statu imperii, & rei magnitudiue prouida deliberatione penſatis, quod longe plus in rem Monachorum fuiſſet, & nonnihil profeciſſet ad conciliandos animos litigantium, & ad futura pericula depellenda.

Vltimo, de innocentia grauiſſimi ducis PHILIPPI, quæ poterit manifeſtior afferri ratio, quam ab ineunte ætate integerrime acta uita, & mores etiam, aduerſariis non negantibus humaniſſimi, & uirtutum in eo homine copia, potiſſimum uero iuſticiæ dilectio illa memorabilis & cunctis nota, quodq; illi ſupra q̃ cæteris Germaniæ principibus diuina quædam ſors dedit. Singularis amor & reuerentia ergo ſacra, cerimonias, templa, uniuerſum deniq; Dei Optimi Maximi cultum, uſq; adeo, ut qui ad ſplendorem & magnificentiam ſacrificiorum, ad ornatum diuinæ Maieſtatis, ad dignitatem ſacerdotii muneris, maiori impendio utatur, & pluribus ſumptibus q̃ Inclytus iſte PHILIPPVS, inuenire queas neminem. Ea mentis puritate ac animi moderatione ab incunabulis ad præſentem ætatem educatus innocenter uixit, atq; ſic uiuit, ut non tantum ſacro alicui loco uim ullam non cupiat inferre, nec iniuriam, cuius & nomen & uocem ſuapte natura & odit & abhorret, uerum etiam cogitet ſumma ſemper liqeralitate & quotidianis beneficiis ſuccurrere. Siquando de iniuria certatur, honeſtius ſibi ducit iniuriam pati q̃ iniuriam facere. Quod hoc uno exemplo apertiſſime monſtrat. Cum tantillos Monachos omnium diſcordiarum faces & irritamẽta inimicitiæ, leui ualeret pugna ſupprimere, tamen ſanctæ religionis contemplatione, uexari hactenus, deſpici atq; contemni, & a flagitioſa Cucullatorum cohorte, ad extranea tribunalia trahi de rebus temporalibus & ſecularibus negociis etiam ſe non audito nec defenſo clam ſupplantari excommunicariq; paſſus eſt. O admirabilem uiri religionem, in cuius potentia, opibus & facultate cum ſitum iam eſſet iſtis ſuis hoſtibus bella, famem, incendia, cædem, direptiones moliri cum multa ſtrage clericorum, tamen ad tuæ ſanctitatis clementiam confugere maluit, quam ad arma proſilire. Id contra ſi faceret, Quid aliud quam illa Domitii uox rediiſſet, ſiue hæc L. Craſſi ſummæ dignitatis & eloquentiæ hominis, cui cum L. Philippus Conſul manũ iniici iuberet, ille reiecto lictore, Non es

inquit,mihi consul,quia nec ego tibi senator sum. Reuixisset non data,sed nata lex illa,ut ui uim, obtinuisset uetus adagium, Omnia dat qui iusta negat. Sæuisset prælium,ut pax fieret. Tum uero nihil ominus fuisset alicui tandem oblata rei componendæ occasio post deuastationem monasterii,post Monachorum necem,post calamitatem extremam & irreparabilem. At non hoc modo proposuit, non ita fecit PHILIPPVS Illustrissimus filius tuus. Sed te clementissimum patrem suum imitatus,ad salutem propensior est, q̃ ad interitum. Dummodo adhuc pietatis tuæ uices interponas. Vnde rogare te non desinit,hoc cures diligenter,ne aduersarii diutius abutantur patientia sua,quibus ne ad momentum quidem concessurus sit,nisi te unum tanto cultu prosequeretur,causamq; omnem qua Monachus imperii Vasallus contra se laicum eiusdem quoq; Imperii Vasallum temere contendit ad Cæsaream Maiestatem utriusq; partis uerum dominum,& ad rei forum cum excommunicationis (siqua sit) absolutione uelis remittere,coram quo & de stãdo iuri,& iudicato soluendo cauere semper se paratum ante obtulit,atq; nunc offert omnium maxime, cum de feudis temporalibus de imperiis secularibus,de forestis,de conductu,de uectigalibus, de præfecturis & aduocationibus prophanis,castris,uillis & possessionibus agrorum agendum sit. Nec eorum consilia sequaris,qui nescio & si scirem,dicere nolim,qua humana imbecillitate uicti, non uerentur bella potius & ecclesiæ futura scandala,quam amplissimæ nationis pacem fouere.

Andronicus Contoblacas natione græcus,utriusq; linguæ peritus,Ioanni Reuchlin Phorcensi S.D.P.

TVum modo ingenium literarũq; græcarum experti doctrinam,magnopere optamus atq; hortamur, ut alios græcas literas edoceas,quod multum conducet,nam non solum tibi id muneris prodesse,sed etiam audientibus honori fore arbitramur. Quare tua doctrina atq; nostra autoritate fretus, literas græcas audire uolentes etudias,ut & ipsi doctiores in dies euadant,& tu ipse in legendis autoribus clarior ac uenustior sis. Vale,Basileæ. Anno. CCCC. LXXVII.

Georgius Hermonymus Spartiates natione græcus. S.D.P. Ioanni Reuchlin Phorcensi. Aurelianas habitanti.

PRoximis diebus mirifice delectatus sum suauissimis literis tuis quas & pulchre & eleganter ad me scripsisti. Quare ego ut satisfacerem officio meo, decreui paucillis tibi respondere, ne si forte ad te scribere omitterem, tu ipse iure optimo condemnares me crimine ingratitudinis, quo apud Persas nullum grauius aut acerbius teste Xenophonte puniri solet, sed ut ad rem redeam. Tu mi Ioannes recte facis literis græcis operam dando, non enim minus ornabunt te q̃ literæ latinæ. Nosti enim sententiam Flacci poetæ celeberrimi, uos exemplaria græca nocturna uersate manu, uersate diurna. Da igitur operam libris græcis, tu qui tali ingenio præditus es, & ὀξ ἀ παλῶν ὀνίγχων ut aiunt optimis disciplinis atq; artib⁹ institutus es. Mitto ad te introductionem grammatices Theodori. De λεξικῶ autem, meum non est, sed amici cuiusdam, precium erit scuta sex. Fabulas quas in camera mea uidisti non sunt uenales. Habeo tamen manu mea scriptas, quæ erunt ad beneplacitum tuum. Si dictionarium esset in potestate mea, facerem tibi placitum, quẽ admodum & in grammatica feci. Vale fœliciter. Ex urbe Parisiorum die. viii. Feb. Anno. M. cccc. lxxviii.

Demetrius Chalcondyles Athenienſis, Ioanni Reuchlin Phorcensi Iurisperito. S. D. P.

DOctissime ac præstantissime uir, legi libenter literas tuas, quibus puerum optime indolis fratrem tuum nobis commendas, quibus & animum tuum ingenuum & opinionem minime uulgarem cognoui. Quod enim puerum tam karum & tã tenera ætate procul a patria & a complexu parentũ tuoq; miseris, eruditionis ac doctrinæ causa, non sine magna impensa & multis incommodis ac sollicitudine animi, non mediocrem mihi facit admirationem, hac præsertim ætate nostra, in qua literarum studia iacere uidentur, cum ignauia & ignorantia principum, tum maxime cupiditate hominum circa quæstum, quem omnibus bonis artibus maior pars hominum anteponit. Sed tu non hos homines sæculi nostri imitatus, uerum illos ueteres præclaros & ingenuos uiros tam græcos q̃ romanos secutus, qui longas peregrinationes,

doctrinæ ac scientiæ gratia facile subibant. Tam nobilem opinionem maximéq; homini conuenientem & rationi consentaneam non modo in animo fixe habes, sed re etiã in tibi charissimo exercutus es. Quamobrẽ & tu uir optime multa commendatiõe & admiratione merito dignus es, & nos cum tua tum ipsius pueri causa qui nobis ingenuus est uisus, eum benigno & alacri animo & uidimus ac suscepimus, & oñem operam impẽdimus, ut cum uiro graui & doctrina & bonis moribus p̃dito maneret. Atq; in posterum quicquid poterimus libenti animo in eum conferemus; ut non modo humanitatis officio quantũ in nobis est satisfaciam⁹, uerum etiam & rem gratã tibi & Principi tuo faciamus, qui tam diligenter ipsum cõmendauit. Cui & nos pro humanitate tua cõmẽdabis, & nostram operam si quid possimus ultro offeres. Bene fœliciterq; uale. Die xvi. Iunii. M. CCCC. xci. Florentiæ.

F. Iacobus Sprenger Prouincialis ordinis Prædicatorum Ioanni Reuchlin LL. Doctori S. D. & syncerum in Domino affectum.

TVAS doctissime Legum professor literas humanitate refertas, recepi. Tuum deniq; desyderiũ, quo libello græcis apicibus descripto langues amplexatus, negare nõ uales. Reperi ad tuam uoluntatẽ inclinatissimos conuentus Basilienses patres, qui potius codice q̃ tuæ uoluntatis beneplacito carere uolunt. His tamẽ adiectis condictiõibus, ut ad usum tuũ quoad uixeris sit, ut si casu perditus fuerit, non tibi, ipsis aũt sit amissus. Si uero tuis in extremis, apud te remanserit, tuum erit ut p̃fato restituatur conuentui prouidere, & ex tuis codicibus alterum pro ornatu Librariæ adducere. Non aurum, non argentum, sed uicissitudinis loco tuum amplexamur affectum; utq; te exauditũ ob p̃ces suas nobilis & generosus tuus nosterq; dominus Comes Eberhardus de Vuirtemberg senior intelligat, effice. Tua mihi studiosissima placet translatio, & chartæ ut manum adponas dum hora uacauerit pro mei consolatione oro. Vale & tuum in me sentiam affectum. Ex Basilea ultima Augusti, Anno M. cccc. lxxxviii.

F. Petrus Siber Prouincialis ordinis Prædicatorum Io. Reuchlin LL. Doc. amico charissimo S.D.S.

EGREGIE domine Doctor amice chariſſime, Habeo tuæ reuerentiæ ingentes gratias pro diligentia ac labore in cauſa noſtra. Remitto latorem p̃ſentium F. Paulum qui rurſus cõſilio & auxilio tuo indigebit. Nos in huiuſmodi cauſis practicam non habemus. Inuitus contendo, ſed neq; confuſionẽ prouinciæ ac Ordinis libenter uiderem, poſſem uero optime pati cum pace & honore omnia terminata eſſe. Quod tuo cõſilio atq; opera ſpero omnino poſſe fieri. Frater Paulus plura dicet cui fidem habebis, ego adhuc febribus fatigor. Tu uero uale q̃optime. Ex Vlma xvi. calend. Maii. M. D. IIII.

F. Laurentius Aufkirch ordinis Prædicatorum,
Ioanni Reuchlin LL. Doctori.

ALLELVIA cum ſalute. Egregie & chariſſime Doctor, immortales gratias agimus infirmi, Petrus & Laurentius uere ambo tui, qa partes noſtras & uices fideliſſime egiſti, cõſiliis & auxiliis, cum Paulus tecum eſſet. Vale ergo ſanus, cum honeſta tua conthorali in æuum. Dat. Vlmæ M. D. IIII. Lator dicet reliqua.

F. Laurentius Aufkirch Prouincialis ordinis Prædic.
Ioanni Reuchlin LL. Doctori.

¶ AVE, Salue, Gaude, Vale, cum conthorali tua optime ac fideliſſime amice.

F. Vigandus Theologiæ profeſſor ordinis Prædicatorum Ioanni Reuchlin LL. Doctori S. D. P. & ſe commendat.

TANTA ſunt tuæ dignationis obſequiorumq; in ordine Dominici beneficia, Ioannes uir digniſſime, ut merito oẽs tibi eiuſdem religionis homines, perpetuos cõſtitueris debitores. Sed quid præſtaret aut retribueret médicus? Plane nihil niſi quod tu forſitan haud parum arbitraris, Deo Opt. Max. orando ſacrificandoq;, apprime te ipſum commendare. Itaq; certum ſcito, dum benefactores recenſentur, nunq̃ te p̃termittendum fore. At quoniam ad id loci, te perduxit ad nos benignitas tua ut noſtris remediari periculis tibi iuſtiſſimum uideatur, hac tempeſte cum niſi tua ſuccurriſſet docta prudentiſſimaq; ſolertia, res no

ſtræ nouiſſimis appropinquaſſent periculis, ſolita ut utaris iuſtitia per tuam te etiam atq; etiã p̃cor humanitatem. Aduerſarium ad compromittẽdum modo regulares in partem ſuam accipere nõ cogat̃ ſatis inclinatũ intelleximus. Nos uero te unũ pro decẽ aliis etiã religioſis amicis iuſtis expertis in noſtra parte ſtare optamus. Cætera ex latore p̃ſentium omnia plene intelliges ſcio, cui ſi conſilio eſſe ut ſoles uolueris, ſpem tibi nõ paruam, fœliciter turbam hanc maximam finiendi præſtabis. Vale, & tuo parce Vigando turbato, literas rudes formanti. Ex Francofordia. Anno M. D. IIII. xv. Calend. Maii.

Vdalricus Confeſſor in Stainheim ordinis Prædicatorum, Ioanni Reuchlin profeſſori Iurium profundiſſimo. Cum ſui commendatione vtriuſq; hominis ſalutem.

EGREGIE ac colendiſſime Doctor, deſcendẽdo nuper Coloniam ut audiuiſtis, ueniens Moguntiam, intellexi ibi quoſdam Colonienſes fuiſſe Theologos, qui ſatis contẽptibiliter locuti fuerant de ſcriptis dominationis ueſtræ cõtra Pfefferkorn. Cum uero Coloniæ eſſem, & facultas Theologica, ut moris eſt, in principio cuiuſdam Baccalarii in cõuentu prandium ſumpſiſſet, dicebat̃ quomodo libellus D. V. actu traditus eſſet per facultatẽ Doctori de Tungaris, qui iam principalis reputatur inter ſeculares, ut examinaret, ſicut & facit, ſunt diuerſæ ſententiæ ut audiui. Quidam, quia libellus comburet̃. Quidam, quia autor inquiret̃. Alii aliter &c. Scripſi aliãs ex Moguntia Procuratrici, ut Dn. V. auiſatam redderet, ſicut credo fecit. Non dubito iſta ut ſcribo, bono animo accipietis. Commendo me dñationi ueſtræ, & conuentum hũc ſicut patri & fideliſſimo tutori ac amico. Curate mi Doctor ut bene ualeatis. Ex Stainheim quinta poſt Vrſulæ. Anno M. D. XI.

Ioannes Reuchlin Phorceñ. LL. Doc. egregio ſacræ Theologiæ Doctori de Tungaris. S. D. P.

EGREGIA tua uirtus & ſapientia, excellentiſſime Doctor; qua in tam illuſtri omnium bonarum doctrinarum Vniuerſitate ut ſol aſtris, ſic tu optimis quibuſq; præſtas, id merito

tuo fecit, quod nup defensiõis meæ contra libellũ quẽdã famosũ aduersus me turpiter editum Cæsor, ut audio, à Reuerendo clarissimorum Theologorum Collegio sis datus. Quo planè gaudeo te mihi talem tantumq; contigisse, qui possis compati humanis infirmitatib⁹, uirum tam doctum tam peritũ, & forte in uita multis quoq; periculis tentatum. Vbi pro tua exuberanti perspicacia uidebis me non mea temeritate ulla in hanc Charybdim, in hæc malæ fortunæ inuolucra, in hos Scyllæos scopulos impegisse, sed mandato Imperatoris & Archiepiscopi p̃ceptis paruisse, ut celere quid de cremandis Iudæorum libris sentirẽ, obsignato fideliterq; transmisso cõsilio cum nemine comunicato patefacerem. Nam excellẽtiæ tuæ Doctor eximiæ, ita me Deus adiuuet, recte iuraue ro, mihi tum, cum essem in dictando, nullius Vniuersitatis uenisse in mentem, nullum me cogitasse hominum, nullum cõsiliorum collegam, q̃is in commissione noiatim alios quoq; deprehenderim quibus par negocium fuisset imperatũ. Atqui festinatiõe laboris imprudens ego, non quid alii dictaturi essent, sed tantum quid ipse afferrem in medium consyderaui. Quare per Deum immortalem, nullius docti hominis contemptu ea scripsi, tantumq; abest ut elatiõe fastu liuore, aut erga quosuis literatos tumore animi in his scriptis usus sim, ut etiã nemo de me ueraciter proferre q̃at me quibus uixi quinquaginta sex annis & supra, ullo tanq; tẽpore scientiarũ peritos neglexisse. Sed omni ego disciplinæ semper honorem detuli, maxime aũt sacratissimæ Theologiæ, ita ut nouissime in illius profectum utilitatem atq; laudem hebræorũ linguam in latinas regulas, opus antea inauditum, redegerim, eiusq; dictionarium construxerim, labore meo plenissimum, cum magno rei meæ familiaris impendio & iactura, tantum me mouit sacrarum literarum insignis excellentia, & eiusdem discipulorũ honor & decus. Id scribo, ut nemo me arbitretur illustre illud & splendidissimum gymnasium uestrum cõtempsisse, qui adhuc nesciam, quale uos consilium dederitis. Potuit aũt fieri ut cũ de cremandis Iudæorum libris nullam legem, nullum Canonẽ, nullum decretum publicum, nullam uniuersalis ecclesiæ determinationẽ particulari modo specifice latã uidisse, tũ ego ipse rẽ oẽm

tanq̃ dubitabilem tractare topico rhetorum more ad perſuaden
dum apto inſtituiſſem. Vbi omnis animi motus pro argumento
fuit, ſiue cauſaret quantamlibet ſuſpicionem, ſeu uehementẽ uio
lentam ue p̃ſumptionem, aut certe neceſsariam probationem ut
in deliberatiuo dicendi genere conſueuit. In ipſis aũt argumẽtis
fortaſſe digreſſus ſum paulo amplius q̃ oportere quibuſdam ui
deatur. Et ut me peregrinorum iſtac tranſeuntium cohors certio
rem facit, ego multis in ciuitate ueſtra calumniis inſimulor, quas
Pepericornus & Peperiphrones mihi nullis meis commeritis p̃ce
dentibus circumquaq; curſitantes ſtruunt. Accedit ad hoc q̃ ſpe
ctatiſſimi quidam Theologiæ Candidati fortaſſis ægreferre poſ
ſent me qui ſacrarum literarum diſcipulus nunq̃ fuerim, hominẽ
ſcilicet eius ſciẽtiæ ignarum, autoritates inſeruiſſe diuinas, & ſan
ctorum Patrũ teſtimonia à me non bene, ut aiunt, neglecta. Egre
gie & excellentiſſime Doctor & obſeruãdiſſime domine, adducta
per me cernes theologica, ſicut ruſticorum ſacerdos in ſermoni
bus Medicinam allegare poſſet. Fateor enim in ſcholis Theolo
giam nunq̃ didici. Sed ciuiles leges, quare datur ueſtram diſputã
di rationem ignorare. Eſt aũt nihilominus mihi pura cõſcientia,
q̃ uoluntas mea non auertatur à Chriſto qui eſt caput eccleſiæ.
Quicquid igitur ſancta eccleſia quæ eſt columna & firmamentũ
ueritatis credit, & qualitercunq; credit, idem ego & taliter credo.
Et ſicut ipſa exponit ſacram ſcripturam, ita ego exponendam cẽ
ſeo atq; confiteor. Et ſi ullo tempore aliter expoſuiſſem q̃ patiat̃
intellectus Eccleſiæ, quod tamen feciſſe me non memini. Ego p̃
nunc ſicut pro tunc & tunc ſicut pro nunc illud corrigere ac emẽ
dare paratus ſum, & ſtare omnino determinationi eccleſiæ, ut in
tegritatem in me fides incontaminata cuſtodiat. Oro igitur præ
ſtantiſsime Doctor, ut ſi quenq̃ ſcriptis meis læſiſſe tibi uidear, ſi
mea facilitas ullum hominem male offenderit, facias me per hu
maniſſimæ benignitatis tuæ indulgentiſſimas literas certiorem.
Habendo in me patientiam & omnia reddam tibi. Iubeas uelim
& monitus recõdam gladium, cantet mihi gallus & flebo, prius to
nes, anteq̃ fulmines. Sic enim natura conſtituit ut ignis p̃moneat
crepitu anteq̃ exurat ruina fragore, anteq̃ ſupprimat, terra motu

ſcrun̄ p̃cũ.

anteq̃ absorbeat,ut talibus minis,omnia sibi animantia possint à dãno cauere. Valeas opto fœliciter perq̃ colendissime Doctor, & magnificæ facultati theologicæ me quanta potes diligentia ob secro commendes,omnia mea in meliorem partem & benignio rem interpretando. Datũ peregre,cum forte fortuna tabellarius quidam accinctus itineri obtigisset. Vale. Cal. Nouẽb. M. D. XI.

Ioannes Reuchlin Phorcensis LL. Doctor,egregio sa cræ Theologiæ professori Conrado Kollin, Or dinis Prædicatorum Coloniæ S. D. P.

HVCVSQVE a tempore quo nosse inter nos cœpimus, egregie Doctor,tanta mei erga tuam dignationem amoris accessit indies accumulatio,ut non modo ad conseruandam ue rum etiam augendam nominis tui ac famæ laudem quantum fa uendo consulendo inuando possum nemo qui sit usquam gentiũ opera cogitatione studio me uicerit,ubicunq; de præstanti tua & egregia doctrina,de sanctis moribus tuis & grauitate uitæ,de hu maniſſima quoq; conuersatione tua sermo fuerit. Habuisti enim non solum uoluntatum,sententiarum,actionum tuarũ sæpe me socium,uerum etiam comitem & semper uirtutum tuarum p̃co nem. Qualem te uicissim erga me tui amantissimum, omniaq; mea pro tua probitate & humanitate singulari fuisse non modo speraui,uerum etiam plane sensi. Cuius rei & uirorum & uirginũ ordinis tui monasteria sunt testes. Cum igitur hortatione non e geas ut in me tuendo adornãdoq; gratiam fidem laboremq; ad hibeas,restat nunc id solum ut qua in re tua opera uti uelim ad di gnitatis meæ,non dico amplificationem,sed custodiam tantum atq; tutelam breui ostendam. Imperatoria Maiestas anno præte rito per literas mandauit,ut de cremandis Iudæorum libris quid sentirem,in modum consilii referrem. Et scriptũ Archiepiscopo Moguntino ea in causa Commissario transmitterem,Cæsari red dendum. Intelligis ex hoc me non temere,sed necessitate ductũ istud oneris subiisse. Intelligis consilium non fuisse prodendum, sed Cæsari fideliter transmittendum. Audi reliquum. Feci quod potui. Cum enim de eo negocio Imperator in cuius pectore dicũ tur omnia esse iura recondita ipse dubitaret. Cunq; nullam ego

legem,nullum canonem,nullum decretum,nullam determinationem uniuersalis ecclesiæ uidissem,neq; niderem de cremandis Iudæorum libris specifice latam,eas ambas ob causas iuste mihi uisum est materiam hanc esse in iure dubitabilem. Vbi non scientia sed opinio,nō demonstratio sed persuasio,non philosophi sed oratoris munus requireret. Vnde propensior ego in partem benigniorem putaui ea quæ per sanctiones nō sunt ad exustionem damnata conseruari decere,imitatus Christi sententiam, Nemo te condemnauit,nec ego condemnabo. Nam ea de quibus nulla erat dubitatio. De quibus publice sunt condita iura. De quibus sacro sanctæ loquuntur Constitutiones,quæ apud omnes nationes & orbis terrarum fines grauibus pœnis inhibita & uetita promulgantur,existimabam esse indigna consilio,quia nota atq; uulgata. Et tamen nihilominus ea detestatus sum,utq; decuit,reprobaui,abieci,condemnaui,sicuti sunt libri cuiuscunq; gētis,cuiuscūq; linguæ, in quibus continentur iniuriæ,blasphemiæ,& in irreuerētiam Christianarum constitutionum fictæ contra nos hæreses, si militer & reprobatæ lectionis monstra naturæ inimica. Curaui ergo ut in primis absoluerem eiuscemodi criminosa,de quibus primam in Cōsilio meo quod ad te nunc mitto posui contra Iudæos conclusionem. Quæ duo facit. Primo enim repellit scripta in irreuerentiā Dei & sanctorum. Secundo scripta in irreuerentiam christianarum constitutionum seu ordinationum,quibus aperte condemnaui & blasphemias & hæreses Iudæorum. Præterea fol. xiiii. libros reprobatæ lectionis reieci. Quibus præsuppositis tāq̄ manifestis diuerti ad alia librorum hebraicorum genera,in quorum iudicio non dubitaui semper illa reprobatam prænotata fore ab oīni meo sermone patenter accepta, Quapropter cū Thalmud ipsum prosequerer,admonui primo quibusdam eis in locis contineri posse blasphemias & hæreses. Secundo uanitates & errores Folio iii. F. & infra,quod & notaui folio x. facie prima circa medium, ubi aperte mentem meam super Thalmud expressis uerbis declaraui dicēs,q̄ nolim eū admittere ubi est reprobādus, sed tm̄ ostēdere q̄ nō propter uanitates & stultitias sit cōburēdus. Ad negocium igitur mihi propositum multis oratorū more usus

sum argumentis non demonstratiuis neq; necessariis quibus uos utimini, sed topicis. Fuit enim genus causæ deliberatiuum, quod in consultationem positum iuxta. Ciceronem habet in se suasionem & dissuasionē, quapropter non mathematice, sed rhetorice disputaui, omnia concludens citra præiudicium ueritatis, quod finis consilii mei palam ostendit, ubi detuli honorē Archiepiscopo & Ecclesiæ, quo nomine secundum Panormitanum in. c. excō municamus. ii. extra. de hæreticis intelliguntur. Papa. Diocesanus & Inquisitor cōmissarius, quibus me subiecī, protestatus nihil affirmare uelle, quod illi nō affirmarēt. Audiuisti quid egi, audi quid patiar. Iudæus quidā baptizatus Colonien sis cognomēto Pfefferkorn, omnibus uiribus adhoc conatus, ut & singuli Hebræorum libri, præter solum & nudum bibliæ textum, cōcremarentur, uel potius sicut ego ipse somniasse dicerer, incendio igniq; tantūmodo à Cæsare demandarentur non secuta executione, ut ante scilicet executionem, si mandatum illud auro & argēto graui ut ipse met notauit, aliquando reuocaretur, particeps fieret auri cum uidisset me aliter consulere q̄ optaret, edidit contra mē libellum famosum in læsionem nominis mei ac honoris intolerabilē. Quod multi asserunt mihi ortum auxilio eximii Doctoris Iacobi Hochstratensis Prioris uestri, Quare mihi quotidie exprobrari solet, quia semper ordinis prædicatorū propugnator fuerim, nūc nūc habeam mercedem meam, hoc inquiūt sit salarium aduocatiōis meæ, qui hactenus defenderim Prædicatores, ut quoniam iuste passi sint contumeliam, ego recte quoq; patiar quatinus uno cruciatu & aduocatum & clientes infamia torqueat, Hæc sunt uerba æmulorum uestrorum, quæ mihi licet liuentibus oculis, tamen subridentibus labiis obiiciunt. Ego uero me non putans infamē q̄ ab infami nebulone confundor, cuilibet opprobrāti semper respondeo, me non credere tantum uirum iniuriis dare operam, cui replicant, q̄ Iudæus baptizatus haud frustra nominatū doctorem Hochstraten super libello diffamatorio sibi iudicē elegerit, quod excuso diligenter, quoniam & Cæsarem & archiepiscopum Moguntinū sibi quoq; iudices elegerit. Quid multis? quasi fama nunc uulgo apud nos percrebruit, q̄ hoc contra me cogitatū faci

nus ab ordine uestro duxerit originē. Ego uero mihi ipsi persuadeo, non ita esse, quia mihi conscius sum, longissimis me temporibus Fratrum ordinis sancti Dominici fratrem fuisse, & à prouinciali quondam Stubach matriculæ fratrum insertum esse, de quo extant patentes literæ. Deniq; parentes meos Fratrum ordinis bona fide ministeriales fuisse, apud quos & in Christo requiescunt. Huc accedit, q; multis annis, & in multis causis Ordini uestro patrocinatus sum, sine p̄mio, sine salario, de quibus longior fieri posset Catalogus. Cum igitur ipse mihi conscius sim tantæ beneuolētiæ, tantæ fidei, tantæ obseruantiæ erga Ordinem uestrum me & esse & fuisse. Quis iam mihi posset persuadere, tantā in ullo Patrum aut Fratrum uestrorum esse crudelitatem, tantam ingratitudinem, tantam inhumanitatem, ut eius cuperent labefactare famam, qui eorum sæpe defendisset infamiam. Te igitur obsecro, ut venerabilibus Patribus nostris, maxime aūt egregio Doctori Iacobo hæc insinues, efficiasq;, ut honorem meum plus tueantur q̄ infirment. Vale.

DECANVS CAETERIQVE PROFESSORES facultatis Theologicæ, Gn̄alis studii Colonien sis Imperialium Legum Doctori, DN. Iohanni Reuchlin Sueuorum Confœderationis Iudici, moranti Stutgardiæ, sibi uenerando atq; dilecto Salutem, & spiritum intelligentiæ sanum.

FVIT nobis, spectabilis ac egregie vir, post proximas Nundinas Francofordenses oblatus quidam libellus sub titulo Speculi ocularis, tuo nomini inscriptus, quem dum nonnullis ex nostris reuisendum examinādumq; tradidissemus. Comperimus in eo, quod neq; ex te, neq; ex quoq; cōchristiano nro sperabam⁹; te scilicet in eo libello in modum consultationis, omnibus tuis uiribus annixū ut Reuerendiss. in Christo patri & Principi Electori domino nostro gratioso Vrieli Archipræsuli Moguntino, ac per illum Serenissimæ Imperatoriæ Maiestati persuaderes, super negocio librorum Iudaicorum, quatinus idem negocium laudabiliter per eandem Cæsaream Maiestatem cœptum, interuerteres.

Quod ut commodius (ut tibi forte uisum fuit) faceres, multa ad rem impertinẽtia latissime porrecto calamo, quasi quicquid tibi in uia qua ibas hic illicq; occurrere potuit, decerpere uoluisses, in unum coegisti. Quo factum est, ut festinus ad terminum quo properabas, non satis probaueris an rosas forte, an male olentes flores inconcinne in sertum componeres, ac per hoc non solum nimiæ fautoriæ Iudaicæ perfidiæ notam improuidus apud Christianos lectores incurristi. Sed & Iudæis ipsis, crucis & sanguinis quo nos loti & redempti sumus inimicis (qui uti nobis relatũ est) hũc tuum tractatum uernacula nostra lingua editum & impressum legunt & circunferunt, occasionem præstitisti quo amplius nos irrideant, quido inter Christianos & quidem inter eos qui docti re putantur, te unicum inuenerint, qui suam causam agat, tutetur ac defendat, quasi nec Christum, neq; Virginem matrem, neq; Apostolos, neq; fidem nostram intemeratam blasphement aut uituperent. Sed quic quid faciunt, aut maiores eorum scripserũt in sui defensionem & nulli in præiudicium aut uituperium fecerint. Et quia ut illud Imperatoriæ Maiestati sufficienter persuadere posses, uarias & quidẽ inualidas rationes adduxisti, autoritates quoq; diuersas scripturæ sacræ, & utriusq; iuris renitentes ad sensum quẽ tu uolebas contorsisti, nonnullas etiam positiones scãdalosas, male sonantes, & piarum aurium offensiuas hinc inde interseruisti, quo suspectum te reddidisti, quasi non caste pure ac synceriter ut oportet de fide, de scripturis sacris, de ecclesiasticis tractatoribus sentias. Quod nobis uehementer & plus q̃ dici põt dolet, utputa cõ membro nostro infirmato pro christiana pietate condolentibus Nam teste Apostolo. Omnes unum corpus sumus quotquot in Christo baptisati sumus. Ne ergo malum hoc in alios latius serperet, neq; tu in eo computresceres, neue perfidi Iudæi in imm̃sum gloriarẽtur, mature deliberauimus de modo quo per nos & alios quorum id maxime interest huic malo occurreretur. Verũ paucis exactis diebus Venerandi Magistri Nostri Arnoldus de Tungari, necnon Frater Conradus de Vlma, sacrarum literarum professores eximii, nobis quasdam literas ex te ad se datas ostẽderũt, quibus reuera nõ parum fuimus exhilarati, q; illis infirmitatẽ tuã

& improuidum errorem humiliter & catholice fatebaris,rogãdo eosdem quatenus te nostro Collegio commendarent, ac singula in partem meliorem interpretarentur, quod & ipsi diligenter cũ magna charitate,quemadmodum petisti,facere curauerunt,effe ceruntq;,ut te catholicum ecclesiæ uerum & obedientem filium reputamus & reputabimus,si quod uulgo incaute sparsisti recolli gere studeas, & lapides tollas qbus alii in uia dei sunt offensi,sicut in Hieremia scriptum est. Tollite de uia lapides. Verum, quia te scripsisti non meminisse ubi nam speciatim scãdali occasionem præstitisses,aut scripturas exposuisses aliter q̃ patiatur intellectus ecclesiæ.Iccirco literis his nostris illorum indicem implicatum transmittimus,in quo annotatæ habentur propositiones & allegationes sparsim per te ex scriptura sacra,& ex utroq; iure imper tinenter allatæ. Super quibus (uti nobis uisum est) in defensione tua latine edita ac consultationi iuncta NON SATIS pro fidei tuæ synceritate te expurgasti. Quare petimus,ut per tua scripta mentem tuam latius deuelando nos informes, aut exemplo humilis & sapientis Augustini palinodiam cantando retractes. Hæc enim est ingenua & uere christiana cum charitate ueritas, corrigere atq; emendare aut etiam destruere opus quod improuida & male circunspecta festinantia struxit. Nam sic (ut uerbis tuis utamur) integritatem in te suam fides incontaminata custodiet,illuminante te Christo,qui ad ædificationem aliorum te sanum & incolumem seruet. Vale. Ex Colonia, nostri Decanatus sub sigillo,die secunda,Mensis Ianuarii. Anno domini M.D.XII.

F. CONRADVS KOLLIN DE VLMA THEologiæ professor, ordinis Prædicatorum,Egregio Imperialium Legum Doctori Ioanni Reuchlin,Sueuorum Confœderationis æquissimo Iudici. Cum commendatione Salutem plurimam,& annum fœlicem.

CLARISSIME DN. Doctor,mittit facultas nostra theologica Colonienſis,quæ emendandæ uidentur propositiones,quas tractatus ueſter continet. Optatq; ut super eméda

tione eiusmodi Propositionum quantocius mentem uestrã eidẽ significetis. Arguitur nanq; negligentiæ, quia non agit ut quæ plurimo scandalo sunt, emendẽtur &c. Chariſſime domine Doctor, non dubito, Dominatio uestra confidat in me ut amicum, & profecto amici munus effeciſſe & facere me arbitror, & ut amicus cõsulo fideliter, Res in eo statu est. Effeceram ego ut facultas dicta, uobis pariter cum propositionibus scriberet earum defectũ, quæ liter etiam emendandæ essent, superuenerunt hinc inde scripta quæ tractatum illum grauiter accusant, simul & facultatẽ ipsam, quia non celerius contra Dominationem Vestrã procedat, atq; librum ipsum condemnet. Quibus permota facultas ipsa, consultius fore iudicauit, si propositiones ipsæ primo Dominationi Vestræ exhibeãtur. Posſetis nanq; (ut aiunt) uelle proteruire atq; cõtumaciter quæ scripsistis defensare. Quo fieret ut aliter procedere oporteret. Vt ergo facultas ipsa non uideatur partialis, atq; uobis colludere, uoluit primo exhibere propositiones speras ad meã sponsionem, q; ut uirum bonum decet non recusabitis uos, immo magis Propositiones & dicta submittere correctioni facultatis, quæ ex post Dominationẽ Vestram plene informabit, in quo dicta aliqua deficiant. Informationẽ quoq; dabit saluo honore ea emẽdandi. Nõ est facultas ad confusionẽ Dominationis Vestræ, sed ad saluandum honorem prona, cum tot per me percipiant egregias Dominationis Vestræ laudes. Dominatio Vestra in hoc oro suppliciter roganti acquiescat, humiliter facultati cum præsentium latore rescribat, atq; ei dicta submittat. Neq; indignum arbitretur facere, quod Sanctiſſimi, atq; Eccleſiæ Luminaria facere non dedignati sunt. NON MIRVM SI IVRISTA THEOLOGICAS NON ATTIGERIT SVBTILITATES. Parcat iterum confidentius scribenti dominus meus. Videbitis multa min⁹ bene sonare. Quæ forsan Iuriſtæ uel de bona uidentur. Sunt religiosi & seculares qui omnes expectant sententiam nostræ facultatis. Et quantum ego aduertere possum, omnes parati sunt aduersus uos insurgere. Si autem per Iudiciũ facultatis nostræ absolut. fueritis, nemo erit qui condemnabit.

Dat. Coloniæ in octaua Innocentum. Anno. M. D. XII.

Ioan. Reuchlin Phorceñ. LL. Doctor Celeberrimæ Facultati Theologiæ Colonienſi.
S. D. P.

AD Circiter XVII. Kaleñ. Februarias, Colendiſſimi Patres, eximii Sacrarũ literarum Doctores, reddita eſt mihi epiſtola quædam ueſtra, omni genere optimarum uirtutũ inſignita, ut quæ a recte uiuendi ſentiẽdiq; officina proceſſerit, data ſecundo Ianuarii die. In qua & pietatem in Deum, & charitatem erga proximum ueſtram illam peculiarem ſole clarius oſtenditis, & eum qui miſere in latrones iam pridẽ inciderat, ab eiſdẽq; diſpoliatum, uino primum acri atq; mordace, deinde oleo Palladis fructu ſanare pro incredibili humanitate ueſtra officioſe conamini. Det Opt. Max. ille deus noſter pro fidei orthodoxæ zelo ueſtro, quo fideles eius diſpenſatores, talentum uobis creditum cũ fœnore ſatagitis reddere, ſimulq; pro effluente in me charitate ueſtra qua me a dedecore, infamia, contemptu, & deſpectione præſeruare, cuſtodire, uendicare cleméter ſtudetis, & uobis & collegio & illuſtri Vniuerſitati ueſtræ diuinam benedictionem ex Sion, ut uideatis bona Ieruſalem, per quẽ & pax nobis. Cũ enim plurimi quos mea uoluntate conſcientiaq; nunq; læſerim, immani & acerbiſſima inuidia liuoreq; in meam perniciem propenſi, ut accipio, quotidie uos effreni tumultu adoriantur, petentes immo urgentes, ut me qui Theologicum Synthema Siboleth eadẽ literatura quæ illis placeat exprimere nõ ualeo, in ipſo Iordanis tranſitu iuguletis. Vos uiri, uos inquã uiri prudẽtiſſimi, & animo nõ effeminato fortiſſimi, nullis aduerſariorum meorum factionibus fracti, ſed ut flores inter multas ſpinas atq; ſentes orti, honeſtiores & ſapientiores cæteris, non facile conſeruum ueſtrum mititis in carcerem, ſperãtes, quoniã dominus eximat uos pariter à tortoribus, ab omniq; debito liberet, eo q; conſeruum ueſtrum ſi tis commiſerati, Iccirco imitamini Dominum noſtrum, qui omnia ſciens & omnia præuidẽs dixit, Adam ubi eſt? Cupitiſq; primũ experiri ſim ne deſertor, an amator ueritatis Catholicæ. Quare propoſitiones quaſdam ex meo Conſilio de cremandis Iudæorũ libris dato, quæ uobis friuolæ, ſcandaloſæ, & minus bene ſonantes

uideantur, excepistis, earumq; exemplum ad me uestris cum literis transmisistis, desyderantes, ut post declarationes prius a me simul cum Consilio meo editas, latius mentem meam reuelando Vestras Dominationes informem, quia non satis pro fidei meæ synceritate, secundum q̃ uobis uisum sit, me expurgauerim. Vbi profecto latére non potest, sed se ipsam plane ostendit ingés uitus humilitatis uestræ, qui ut unanimes idem ipsum sentiamus, nihil per contentionem, neq; per inanem gloriam, in uera quidé humilitate a me poscitis ulteriorē informationē. Ego uero agnoscés ingenii mei tenuitatem quod sentio q̃ sit exiguum, explicare THEOLOGICAS SVBTILITATES mihi tanquam Laico, & quidem Digamo temere non arrogauero, cui explicationes fidei & singulares eius decisiões recte licebit sine culpa ignorare. Defero autem omnem huiuscemodi honorem excellentissimæ Facultati uestræ, paratus nunc & semper ubicũq; errauerim benigne potius corrigi in misericordia a iusto, q̃ ut caput meum impinguet oleum peccatoris. Quod ex eo maxime patére potest, quia cum iam ex libello Iohannis Pfefferkorn intellexeram quosdam pusillos forsan & minus perfectos scandalum potuisse pati, occasione Consilii mei antea per renunciatores publicati, tum mox ipse ego, a nemine adhortatus, coactus aut requisitus, mentem meam declaraui latine, paratus tunc easdem declarationes in lingua uernacula & uulgari edere, nisi breuitate temporis & impressoris impedimento, fuissem retardatus, ad quod etiam hodie paratus existo, inde sperans probabiliter q̃ per eas erigerentur, si qui forte cecidissent, nec de cætero casum paterentur qui starent. Quia uero uberiorem declarationem desyderatis, facile itelligo me propositi mei finem non esse consequutum. Vt igitur petitioni uestræ pro mea uirili satisfaciam, & circuitus uitentur inanes, & itineris longi uaria caueantur discrimina, simulq; inutiles expésæ ac superuacui labores hinc & inde tollantur, uestrum omni laude dignissimum & ornatissimum collegium oro obsecroq;, & ab uniuersis uobis q̃ humilime ita peto, ut maiore cura, maiore studio, nullo modo possim ut uos ipsi ad me dare quas desyderatis siue nouas seu ueterum extensiuas declarationes (dum quid

cui SATIS sit nescio) easdemq; cum proprio nũcio etiam me is expensis mihi transmittere pro fraterna charitate dignemini, ut illis uisis sollicite cogitemus in alterutrum seruare unitatem spiritus in uinculo pacis, quatenus idem sapiamus, & in eadẽ permaneamus regula; ad reædificationem offensorũ, & famæ meæ permanentiam, & deuotionis uestræ præconium. Sin autem rigore quodam, ne dixerim sæuitia, istis meis precibus tam humilibus acquiescere nolueritis. Sed potius me cogere, ut ego ipse mentis meæ uberiores declarationes prior offeram, quod tamen formidare me non sinit incredibilis erga uestras humanissimas discretiones fiducia mea, saltem de eo ipso quoq; per literas uestras iterũ meis expensis me certiorem facere, responsumq; meum clementer expectare sine præcipitatione non dedignemini. Nec interea quicquam aduersus me attentare, per salutem euangelicam uos obtestor. Ne mihi bonæ famæ futuri sitis interemptores, quos colo & obseruo pientissimos honoris mei parentes & autores. Valete fœliciter uiri excellentissimi. Stutgardiæ VI. Kalend. Februarias. Anno. M. D. XII.

Ioannes Reuchlin Phorcensis LL. Doctor, F. Cunrado Kollin ordinis Prædicatorum, Theologiæ professori Coloniæ. S. D. P.

PERGRatæ fuerunt, egregie & mihi dilectissime Doctor, literæ tuæ, quarum initio annum fœlicem mihi optas, sed sine pace, ut sequentia indicabant. Oro autem quamprimũ ne moleste feras, q̃ ad te latinum hominem latino more per numerum singularem scribo, & non ut tu uicissim ad me pluratiue. Iam enim illud tuum ferme totum desiit & aboleuit in Romana lingua, & nunc quotusquisq; maiores nostros imitamur. Secus est si uernacule scribamus. Quare deprecor tuam scribendi consuetudinem, ut posthac quamhumanissime singulari me numero appelles, cum aliquid ad me literarum dabis. Ceterum de firmissima erga me amicitia tua, & perspecta fide, quam in tri

bulatione mea reuera perq̃ humaniter oſtendis, nũc ago tibi quã tum ualeo at poſtea in calce negocii referam gratas gratias, & ut ſpero uobis non iniocundas. Conſilium quoq; tuum, prudẽtiæ & charitatis plenum, quod mihi præſtas, & laudo & uehementer probo. Non enim is ſum qui uellem contumaciter proteruire (ut ſcribis) & reſiſtere ueritati, præſertim in rebus Eccleſiaſticis, vbi animæ uertitur periculũ. Nam extra Eccleſiam nulla eſt ſperãda ſalus. Quapropter abſit à me, ut ab Eccleſia in ullo uel atomo quidem recedam. Sed deo adiuuante permanebo in unitate fidei catholicæ, dum ſpiritus hos regit artus. Quanq̃ in multis offendimꝰ omnes. S. Iacobo teſte, Si enim quis in uerbo non offendit, hic perfectus eſt uir. Quare nolo de me iactare tantam ſanctitatẽ, ut uel uerbo neminem offenderim, neq; gloriabor de tanta in me ſapiẽtia, ut uelim incautas offenſiones pertinaciter defendere. Nam ſi Salomon ille rex ſolam poſtulans ſapientiam, ianq; conſecutus a domino deo tam ſapientiam q̃ prudentiam multã nimis quæ præcellebat ſapientiam omnium orientalium, de ſe ipſo quidẽ nõ uriq; animo mentiẽdi teſtificatus eſt, & dixit, Stultiſſimus ſum uirorum, & ſapientia hominum non eſt mecum. Quantomagis ego prophanus homuncio non debeo mihi arrogare tãtam prudentiam, ut præſumam cõtra collegium doctiſſimorum theologorum recalcitrare, potiſſimum in iis quæ ſunt theologicæ ſubtilitatis, & excedunt limites facultatis meæ. Iccirco in manſuetudine ſuſcepi uerbum, quod ad me nuper ſcripſerunt Reuerendi Patres mei Contubernales tui, ſuſpicãtes me omnibus uiribus adnixum, quatenus negocium librorum Iudaicorum, laudabiliter per Cæſaream Maieſtatem cœptum, interuerterẽ. Ego uero neq; ex literis Imperialibus neq; Archepiſcopi coniicere ualui, quid finaliter de iis cœptũ fuerit aut conſtitutum, nec hodie ſcio. Si enim cœptum fuit, ut omnes Hebræorum libri cremarentur, præter Bibliam, certum eſt q̃ fuit iniuſtum, etiam ex ueſtris conſiliis, & aliarum Vniuerſitatum, quæ nunc mecum habeo. Sin autem, q̃ omnes illæſi manerent, ſimiliter certum eſt q̃ fuit iniuſtũ. Quomodo ergo interuertere conabar cœptum negocium, quod ignorabam qualiter cœptum, cum ex ſola ueritatis ſimplicitate nihil

siniſtri cogitans ad ignem iudicaueram quatuor genera librorũ. Primo blaſphemiæ. Secundo hæreſis. Tertio famoſa. Quarto reprobatæ lectionis. De reliquis neq; canones habui neq; leges. Sed q̃ me inſimulát fautoriæ iudaicæ perfidiæ notam incurriſſe. Nõ aſſentior, & uere cum Sancto Hieronymo in Apologia ſuper ſchedulis ad Pammachium & Oceanum aſſerere poſſum, teſtando deum & dicere. Si expedit odiſſe homines, & gentes aliquas deteſtari, miro odio auerſor circunciſionem, & obiiciat mihi quiſpiã cur hominem Iudæum habuerim præceptorem: Hæc ille. Nulli⁹ autem nationis quæ ſub cælo eſt perfidiam me fouere, teſtis eſt uita mea quam duco irreprehenſibilem. Q̃d autem uernacula lingua ſcripſi, ſane oportuit quidẽ. Nam & Cæſar & Archiepiſcopus quibus ſolis ſcripſi vernacula mecum egerunt, ut in Commiſſiõe Mandato & præcepto uidere licebit. Quod item ad ſcandalũ attinet, non ego ſcandali (ſi quod eſſet) autor fui, ſed Proditores. Accepi enim clauſum Mandatũ, & reddidi clauſũ Conſilium, quod iniuſte Proditores publicauerunt, impreſſis etiã primitus libellis. Qua in cauſa obſecro te ut legas ſimile S. Hieronymo contigiſſe a Proditoribus, in libro de Optimo genere interpretandi, paulo poſt principium, ubi pariter inter alia ſic ſcribit. Quid apud homines tutum erit? Et infra. Quamdiu non profero cogitata, male dicta non crimina ſunt, immo ne maledicta quidem, quæ aures publice neſciant. Hæc ille. Sed renunciatores conſiliorum Principis in Iure Ciuili furca ſuſpenduntur, quod utinam faxit Deus & faxint homines. Cum itaq; ex contumelioſo libello Ioannis Pfefferkorn animaduerterem de quibuſdam ſcriptis meis puſillos & infirmos forte ſcandalizari poſſe, quoniam nõ ſolum difficile, ſed penè impoſſibile ſit ita librare & examinare uerba ſingula q̃ quis pponit, ut nulla eſſe in ſenſu ſermõis ambiguitas, & erronea inde opinio nulla elici poſsit. Tum legi relegiq; ſcripta mea, & a nemine coactus, ſed uolũtarie atq; libenter nodos enodaui, declarauiq; intentionem meam cui uerba deſeruire debent, modo meliore quo potui, licet admodum breui, idq; in latino eloquio propter anguſtiam temporis. Iam enim inſtabant Nundinæ Francofordienſes, in quibus me contra priores Nundinas expurgatũ

oportuit,ut clarius in libelli mei folio quinto continetur, parat9 enim erã & in uernacula quoq; lingua ea edere,si non impressor breuitate tunc temporis coartatus fuisset,per quam quidẽ declarationem meam satisfeci multis etiã doctissimis uiris,& illustrau ferme omnes propositiones,uel maiorẽ partem earũ, quas mihi præstantissimi & grauissimi patres facultatis tuæ nunc transmiserunt,scribẽtes q; eis ipsis uideatur me non SATIS pro fidei meæ synceritate super illis expurgasse. At ego quid SATIS sit eisdem rum (ita me Deus amet) ignoro. Potest una eademq; res alteri satis esse,alteri minime. Satietas enim in solo satiandi animo consistit,pro modo recipiẽtis,& nõ rei receptæ, Tu uero Doctor Egregie,mihi crede,& memoriæ manda,me tibi id affirmasse,pró eo desyderio quod est mihi ad illum clarissimorum & doctissimorum uirorum cœtum,uelle me,relictis omnibus auxiliis,cupiẽter esse in bona amicicia facultatis tuæ, & uniuersis uobis satisfacere in uia ueritatis, tamen absq; dedecore meo,& sine ulla infamiæ leuitatisq; nota,tantummodo ut sciam qualiter,& qua uia. Quod ut consequar,plane uestro ingenio erit opus,non meo. Quomodo enim ego tanq; Laicus digamus,nullo gaudens clericatus titulo uel priuilegio, possem digne quæ sunt fidei ad unguem explicare prima fronte,qui solum ad implicitam obligatus sum fidei confessionem,secundum q; credit Ecclesia,ut in Iure Canonico legitur: Vestra uero tum dignitas, tum professio in altiore gradu constituta est. Vos præsbyteri duplici honore digni estis,qui laboratis in uerbo & doctrina, ut & uos ipsos saluos faciatis,& eos qui uos audiunt. Si me putatis adhuc aliquo delicto præoccupatũ esse,uos qui spiritales estis,ut ad Galatas scribit Apostolus,instruite me in spiritu mansuetudinis & lenitatis, consyderans te ipsum ne & tu tẽtẽris. Quæ uerba multum ponderãda sunt,sicut omnia Pauli. Te igitur iterum atq; iterum oro,obtestorq;,pro uetere nostra coniunctione ac necessitudine,proq; summa mea in te beniuolentia,& tua in me pariter,ut pro me apud præclarissimum & Primarium Doctorem Iacobũ Decanum,cæteroscq; excellentissimos amplissimæ laudis Doctores,theologiæq; Magistros instare uelis oportune,importune,quatenus de singulari quadam huma

nitate & in fauorem euangelicæ charitatis, ad quam tenemur omnes, dignentur ſuas informationes mittere meis expenſis, ſicut & iſtas quoq; expenſas etiam, non petitas, ueſtro nuncio liberaliter perſolui. Quibus informationibus contineatur, qualiter cum honore meo & bona fama citra cuiuſcunq; hominis deſpectum aut iniuriam fideliter & dilucide puram & meram ueritatem eccleſiæ catholicæ Decretis atq; Canonibus fundatam explicare, & contraria emendare ualeam. Sic ſpero uiſis informationibus uestris facile concordari. Tunc enim mea ſponte ac ultroneo ſtudio nullius hominis mandato iuſſu ſiue præcepto, ſed ex ſola dilectione Dei & proximi ac unius ueritatis amore, nemo alius, ſed ego ipſe tollam de uia lapides, ſi qui fuerint, offenſionis & petras ſcandali, ita ut ſolus nobis ſuperſit lapis quem reprobauerunt & petra quæ erat Chriſtus, ipſe eſt pax noſtra qui facit vtraq; unũ, ille nos cuſtodiat opto in uitam æthernam. Amen. Vale, & hanc epiſtolam cum egregio DN. Iacobo, eximioq; DN. Arnoldo, cæteriſq; tuis comunicato. Datum ut ſupra.

DECANVS TOTAq; FACVLTAS SACRAE Theologiæ Generalis ſtudii Colonienſis. Egregio ac docto uiro Cæſarei Iuris Doctori famoſo, DN. Iohanni Reuchlin. Sueuorum Confœderationis Iudici, moranti Stutgardiæ, Amico noſtro dilecto.

Spiritum rectum innouet in te Chriſtus.

ACCEPIMVS literas tuas ſpectabilis ac egregie uir, ex quibus probe intelligimus te ab unitate ſanctæ matris Eccleſiæ non uelle ullo pacto recedere, ſed in ea & uiuens & moriens permanere, quod nobis ſicut à quolibet chriſtiano fratre ita & nunc præcipue exte gratiſſimum eſt audire. Verum quia noſtro uoto nec dum eſt SATIS factum, ut ſcandalum amoueretur, neq; ferrum maneret in uulnere, hortamur te & obſecramus in GHRISTOIHESV & requirimus,

ut cures quatenus ad proximas nundinas Francofordienſes libel li,ſi qui tui ad huc extant, & apud Bibliopolas uænum habentur, aut denuo impreſſi aduectari poſſent,nulli amplius uendantur, Et aliquo dictamine tuo priores reuoces,Ores quoq; cunctos qui habent,ne ſcandalum paſſi,te alium exiſtiment q̃ catholice & re/cte de fide & eccleſiaſticis ſcriptoribus ſentientẽ,ac Iudæis corũq; perfidis & blaſphemis libris,& nominatim Thalmud aduerſantẽ. Scis enim ſcriptum eſſe. Væ homini per quem ſcandalum uenit. Scis quoq; quam pœnam ueritas iniunxerit illi qui ſaltem unum de puſillis ſuis,quos Sanguine coemit,ſcandalizauerit.Sic ergo re ligioſe magnum Auguſtinum cæteroſq; præclaros uiros imitatus face. Ne ſi forte quæ monemus nõ fierent,quod tamen de te ſuſpi cari nobis tuæ ad nos literæ datæ non ſinunt,opus ſit ut per illum uel illos ad quem uel quos id ſpectare uidetur te faciamus ad nos VOCARI. Nec hoc iniquo nos putabis animo facere; ſed integra ad te CHARITATE. quatenus non per aliũ quã piam,ſed per teipſum res chriſtiano moderamine corrigaſ. Quia ſcribendarum & reſcribendarum literarum tardus forte aut nul/lus eſſet finis. Et noſti in his rebus non tantũ nobis quantũ Chriſto & Eccleſiæ moram pernicioſam eſſe & dãnoſam. Et mox ſcãdalũ uelut gladiũ quo incauti necantur eſſe ſubmouendum. Chriſtia/no etiã cuilibet,teſte Apoſtolo,non ſolum a malo,ſed & ab omni ſpecie mali abſtinẽdum. Neq; id tibi graue aut difficile exiſtimes, Quia nullo unq̃ ſacrificio Deum ſummum gratius placaueris, q̃ ſi id te quod hortamur facere non pudebit,prudens nanq; es,& fa cile coniicere poteris ſi tu non feceris, & nos quoq; poſtq̃ res no/bis ſic innotuit torperemus,reuera etiam poſt mortem tuam nõ defuturos,qui dum tu neque loqui neq; reſpondere illis poſſes,ta men leoni mortuo barbam uellant, & te forte in una tartara de lapſum legentes tua ſcripta & dicerent & ſcriberẽt. Confortare er go & eſto robuſtus,induere fortitudine tua Sion. Non erit tibi ſi feceris ignominia ulla,ſed ſumma gloria, poſtq̃ non alius quiſpi am,ſed tu animi tui uictor de teipſo triumphaueris,ac malum de monem diminuti honoris aut diſpendii famæ argumẽta tuis co gitationibus ingerentem confuſum ac fruſtra conantem longe

propuleris. Scriptum nempe est, uir sapiens fortis est. Et iterū Corona dignitatis senectus q̄ in uiis iusticiæ reperietur. Hanc quia tibi optamus, iccirco hoc scribimus. Tuum itaq; erit si te & Christi paruulos amas, agere ut intelligamus sic feciſſe, quod etiā & nunc petimus, per horum latorem, per tua scripta, an facturus sis posse præscire. Vale ex Colonia, Facultatis Theologiæ sub Sigillo. Die ultima Mensis Februarii. Anno Domini. M.D.XII.

F. Conradus Kollin De Vlma Theologiæ Professor, Ordinis Prædicatorum, Coloniæ. Ioanni Reuchlin Imperialium Legum Doctori, cum commendatione S. D. P.

EGREGIE DN. DOCTOR, TVAS (VT TIbi morigerus sim) literas accepi & aliis exhibui. Tuæ fidei synceriter scribo, quicquid scripseras minus sufficiens pro tua excusatione apparebat, cum diceret tuum tractatum inexpiabiliter mundum scandalisasse. Et post longa consilia adhoc tendebat intentio, ut Archiepiscopis scriberetur, ut ubiq; mandarent tum libellum cremandum, aut certe q̄ Inquisitor te uocaret ut super obiiciendis responderes. Nam tua excusatio semper præse ferret nescio quam contumaciam. Et quia aliās synceritati fidei non satisfieret. Ego uero honori tuo compatiens respondi, nō me credere ex aliquo ordine uel iuris uel Euangelicæ charitatis fieri debere uel posse, ut qui se ad uotū facultatis Theologicæ errata sua reuocaturum polliceretur, cū ea forma, ut saluo honore plus synceritati fidei satisfieret, q̄ posset fieri cū uiri confusione. Summa. In tantū pro tua Dominatione me obtuli, ut Prior noster Inquisitor diceret se non posse amplius a te expetere q̄ ego promittebā. Vnde ad hoc deuentum est ad meam fidelissimam instantiam, ut iterum ad te nuncius nomine facultatis Theologicæ ueniat, qui tuæ Dominationi insinuabit mētem Facultatis, quam ex scriptis Prioris nostri accipies. Vt autem oīa, animæ & rerum, hominū & aduersariorum pericula euadas, meq; ueracem comprobes, qui tuæ synceræ fidei, de qua nunquam dubitaui, testimonium maximum perhibui, tuum inquam erit, post exemplar propositionū

quod cum præsentibus mitto, ocius cõficere tractatulum, adhuc in Nundinis proximis Francofordiensibus uendendum, quo omnibus satisfacias. Et te animamq; tuam a perpetuo fœtore liberes, non compulsus, sed tua sponte. Facile inuenies modum quo id efficies, utpote repræsentando nunc informatum Theologum, qui prius ut rerum Theologicarum expers, ex tempore scripseris Legista. Oro pro tuo honore & mea charitate, ne tibi hanc subeundi prouinciam difficultas aliqua sit. Nam nisi nunc parueris, non uideo quid amplius pro te possim. Age igitur age mi chariſſime Doctor, & aliquot noctes ducito insomnes, & te atq; tuos amicos libera ab omni malo. Facile erit seq quas mitto obiurgatiões qbus utiq; tanquam solidis inniti secure potes. Quibus cum te confortaueris, nemo aduersum te prævalebit. Et ora clamantium obstruentur, & honor tuus saluus erit. Spero, quia animam & honorem tuum non negliges. Accipe quæ scribo synceriſſimo animo pie, & crede ei qui te, non seipsum quærit. Oro iterum ut cum præsentium latore Facultati scribas (ut importuni confundant) qa ad uotum eius libenter & prompte emendare uelis. Quo fiet ut ego uera pollicitus de te uidear, & locus CALVMNIAE tollatur, hoc nanq; nos commendat & in nullo obesse potest. Laboraui specialiter pro tui defensiõe super isto articulo quo tibi impingebatur, quia scripsisses Christum legitime & iuridice a Iudæis cõdemnatum, quem sensum tua uerba habere non sinebam. Fac iuxta meam in te synceritatẽ, tum facile omnibus etiam nolẽtibus satisfacies. Valde dolerem si tuos quos hactenus glorioſe uixisti dies cum ingloria componere te contingeret. Confido aũt quia plus facturus sis q̃ ex te desyderari possit, & citiſſime calamum arripies, & Chalcographum imprimere curabis. Vale, & uoto amici tui pare, & pace plena fruẽris. Dat. Coloniæ Sabbato ante Inuocauit. Anno M. D. XII.

Ioannes Reuchlin Phorceñ. LL. Doc. Ad Facultatẽ Theologicam Colonienſem S. D. P.

SPERABAM non intemperãter, excellentiſsimi Doctores, tot & tã humilibus meis supplicatiõibus, nuper epistolæ meæ ad uos perlatæ insertis, a uestra non humanitate solum, q̃ abs

quolibet hoïe homini debetur cuicunq; uerũ etiam fraterna charitate quam Maiestas euangelica nobis Christianis edicti loco ꝓposuit, tãdem aliquando impetrare potuisse, ut ego ille qui declaratione mea doctissimis uiris satisfecerim, cæteris pluriũ etiã uniuersitatum, saltem uobis quoq; satiandis iam & nec dum (ut scribitis) satiatis, qua serie, quo modo, qua forma scribendum sit per uos fierem certior. Si enim esset spiritus Danielis duplex in me, non ego cuilibet sua somnia & expositiones narrem. Sed quia nescio, quo malo meo fato id quod a uobis haud inique petebã consecutus non sim (Nam cõmeritis meis nihil siniſtri ascribendum cẽseo, qui neq; de uobis generatim, neq; de uestrũ quolibet singillatim data opera & ex proposito male meritus sum) Sed aduerso inquã successu meo contigit, ut neq; characterẽ neq; typũ tractãdi ab insigni collegio uestro ꝓcibus obtinuerim, experiar nihilómi nus uiriũ mearum imbecillitatem, & Laicus sacra librabo quod boni consulatis obsecro. Nã ut complacẽ uenerãdo cœtui vro, & exacerbatos, si qui sint, reconcilié, & nutantibus porrigã manũ, & gladium nõ siuam in uulnere, statui mecum, ad quod antea paratus eram, ut per epistolam uobis patefeci, ex sola Dei & proximi dilectione ac bono zelo nostræ religionis Declarationes etiam in lingua uernacula & uulgari sermõe ad proximas Nundinas Francofordienses oĩbus exhibere, ueteres extendendo, & ubi opus fuerit iungendó nouas, quod pusillis ꝓbebit ansam ſtãdi, & insidiosis atq; maleuolis auferet calũniandi occasionẽ, ne uel mortuo leoni barbã uellant, uel cũ uiuo digladiẽt, in maius uulgi scãdalum & euangelicæ pacis læsionẽ. Quod aũt petitis ut libelli, si qui mei ad huc extent aut denuo impſſi, curẽ ne uendant, primũ scitote, nullos esse denuo impſſos. Deinde meos nunq; fuisse, sed Impſſorũ, a quibus duodenos ære proprio mercatus sum ut amicis donarẽ. Quapropter hac in parte mihi non erit possibile uestro uoto morem gerere. Itaq; dignemini haud moleste ferre, si quod omnino excedit facultates meas, uobis nõ ꝓstẽ, qbus, pfecto cuperẽ cuncta gratificari. Fœliciter ualete celeberrimi Doctores & Patres mei, qb⁹ uehemẽter opto & desyderio desydero me tãdẽ aliqũ in noïe Iesu Christi & in oculo pacis gratũ fore & acceptum. Stutgardiæ V. Id. Martias. Anno M. D. XII.

Iohannes Reuchlin Phorcenſis LL. Doctor, F. Cunrado Kollin de Vlma, Theologiæ profeſsori, ordinis Prædicatorum Coloniæ. S. D. P:

FACIT ſumma fides quam tibi habeo amicus amico ut etiã dehortantibus aliis penes nos, tua tamen conſilia ſequar, & ſic omnia cõſtituim i agenda ut tu admones. Tractatulum faciam declarationum mearum in lingua germanica nobis uernacula, ut ex prioribus tuis literis tibi placere coniicio. Expectaui hactenus informationem Doctorum, contubernalium tuorum, licet fruſtra. Et nunc pro tua quoq; uoluntate, quãquam tempus admodum breue eſt, tamẽ noctes inſomnes ducam, eo q; dies mihi conſummendi neceſsarioiam ſint in Reipub. negociis ſeculares, ita ut uix queam præ laboribus hiare. Sed tamen propter Chriſtum, ſpretis omnibus aliis, operabor. Quod te in tantum, ſicut ſcribis, pro me obtulisti, ut promiſsionibus de me tuis Inquiſitor acquieuerit, nec ad cremãdum libellum aut ad mei uocationem ab aliquo præcipitatum fuerit, certe utriq; parti utiliter geſsiſti negocium. Nam reuera egregie Doctor, anime mi, tuo cordi ex meo corde hoc ſecretum reuelo, ita me peritiſsimorum conſilio eſse fundatum, ita ualidorum ope ſuffultum, ut maius aduerſariis detrimẽtum & rerum & famæ ſurgeret, q̃ mihi ſi quid temere contra me molirentur. Nec iura pertimeſco, ſed iniuriam, ſtante declaratione mea in latino edita. Quare tam tui illi, quàm ego ipſe meritas tibi gratias agamus recte licebit, utriſq; enim profuiſti. Crede mihi, non ſum deſtitutus potẽtiſsimorum auxiliis. Sed tamen pro modeſtia naturæ meæ, cupio pacem plus quàm gentium & nationum bella uel diffidatiões. Et malo eſse in bona amicicia tui collegii hominum eruditiſsimorũ cum quibus poſthac futura ſit mihi docta & ſuauis conuerſatio & amica fraternitas, quàm litibus dare operam. Facile rixa oritur, ſed difficiles habet exitus, hoc nõ tantum ego, ſed etiam uos cogitare debetis. Quod niſi eſses alter ego, hæc ad te non ſcriberem. Nam quem motum ciẽret in militaribus tã nobilibus quàm plebæis? etiã iſtis deloricatis tunicis, & cicatricoſis uelitibus, ſi Demoſthenes aliquis corã exponeret, ac rhetorice declamitaret huius negocii principium,

medium & finem, quibus fuerit Christus, quibus fuerit fiscus. Dein de meam tam simplicem innocentiam, qui sum traditus, sum uē ditus, non commonitus, non præuisus. Cuius Consilium Principi offerendum, est publicatum, anteq̄ oblatum. Eum traditorem se dicioſum, & notorie infamem calumniatorem, qui cum sit Iudæ us baptisatus, & laicus coniugatus, contra me Christianum homi nem famose prædicauit, coadunata congregatione fidelium Francofordiæ, contemptis ecclesiæ mandatis & constitutionibus cum suspitione reditus ad uomitum, uos nutritis fouetis & lauda tis, qui emunctos & emūgendos grandi pecunia Iudæos in ista tā fauorabili causa scriptis notauit. Putas ne piarum aurium nō fie ret offensiuum, q̄ me in uerbulis quibusdam capere conaris, & de testanda opera non abominerist? Accederent item post manum ualidam Poëtæ & Historici, quorum hoc tempore magna copia uiuit, qui me præceptorem quondam suum, ut par est, uenerātur qui tantam iniquitatem aduersariorum perpetuæ traderent me moriæ, & innocenter passum me describerēt, cum ætherna Gym nasii uestri ignominia. Lege Minoëm Platonis, & inuenies uera me dicere. Igitur noli esse iustus nimis, nedum cælum tuearis, ter ram amittas. Thales Milesius cælum aspexit, & in foueam cecidit. Filii Israel Sabbathum dei custodierunt, & bello perierunt. Ha bet iustitia gradus suos. Hunc uersiculū puer didici Glimpfius est pluris quàm tota scientia Iuris. Vale fœliciter, ad pacem pronior q̄ ad superbas contentiones, quarum autores multis sæpe innocē tibus sunt cædis occasio. Stutgardiæ. V. ID. Martias. An. M. D. XII.

Ioannes Hiltebrandus Suecingensis Castigator Chalcogra phiæ Anselmitanæ, Ioanni Reuchlin Phor censi. LL. Doctori. S. D. P

EN, Præceptor obseruandissime, pullulat ex tincto Iudæo insa na laurus, & tradita est Theologorum prouincia, caninæ fa cundiæ. Quæ negocium omne cuidam Tungro commenda uit, Pepericorni ancoræ. Adest liber, quem Thomas Anselmus ip se patronus noster iampridē ab Emporio Francofordiensi proxi mis Nundinis attulit. Colonienſium Theologorum factio. Eum

iussus tibi mitto. Articuli nomé habet. Tu uelim Magne CapNi-on hac in causa, ut in cæteris cõsueuisti, magno animo sis, ne quid moueare. Nam turdus ipsi sibi malum cacat, ut est in Prouerbio. Vale. Tubingæ, Anno. M. D. XII.

Ioannes Reuchlin Phorcensis. LL. Doctor, Ioanni Hiltebrando. Castigatori Anselmitano.
S. D. P

QVEM misisti libellum famosum Hiltebrande Vir litera tissime ac optime nuper a fratribus p̃dicatoribus, & Theologistis Colonienſibus illis meis Calumniatoribus aduersum me, inq; meam infamiam editum, & per Nundinas Francofordiæ proximas in uniuersum orbem diuulgatum, cuius inscriptio est Articuli, primum attonito uultu accepi & perlegi, quoniam hactenus uocationé expectaui, quam illi per sigillatas mihi literas promiserunt, non ullam diffamationé. Cunq; relegissem denuo, uidissemq; tot & tantorum uulgi opinione sapientum stulticiam immensam, quin immo Hypocritarum nequiciam & maligniratem intolerabilem, resumptis uiribus, cor intrepidum nactus sum, cum læta quadam illis resistendi cupiditate. Quod facile factu iudico. Cum in eo libro illõ singulæ propositiones nihil aliud quidem sint, q̃ mea propria argumenta, non ab ipsis, sed a me inuenta, & multo ante per disputationes meas in Oculari speculo proxime Cõsilio iunctas, & in uulgari Clara intelligentia lucidissime declarata, soluta, & resoluta, pro mentis meæ sententia, quam humiliter Ecclesiæ subieci determinationibus, non semel sed longe sæpius. Quaptopter qua uia sit inchoandum bellum ut pax habeatur, consule. Non enim reperitur ullũ problema, non argumentum, nec ulla illorum Propositio, quæ suam determinationem, tam in disputatione q̃ in uulgari declaratione nõ prius habuerit. Quod coram ut oculis cernere possis non sine folio ficulno subieci Catalogum.

Propositio prima. In disputatione mea argumento primo, & in Declaratione uulgari quæ intitulatur Clara intelligẽtia. §. z8. Propositio. z. In disputat. argumento. z.

Propoſitio. 3. In diſputat.arg.3.& in declar.uulgari.§1.2.3.
Propo.4.In conſilio ipſo.fo.20.circa fi.per Canonem Eccleſiæ.
Propo.5.In diſput.arg.1.in ſolutione & declarat.uulgari.§.4.
Propo.6.In fine conſilii.fo.20.ad finé,& in uulgari declaratione.§. 5.& in diſputatione argumento 4.
Propo.7.In diſput.arg.26.& 9.& 7.& ſimilibus.Et in uulgari declaratione.per primum notabile uſq; ad.§.1
Propo.8.In diſputa.arg.9.& in uulgar.declar.§.8.
Propo.9.falſe translata,& 10. In diſput.arg.10.11.12.13.14.15.16. cum eorum ſolutionibus.Et in uulgar.declar.§.9.10.11.
Propo.11.In diſputa,arg.18.& in uulgar.declar.§.12.
Propo.12.& 13.In diſputa.arg.7.& in uulgar.declar.§. 8.& præſertim.13.propoſitio.§.13.
Propo.14.& 15.In diſputa. arg.34. &32.Et in conſilio fo.3 .facie prima circa literã M.& in Apologia ſpeculi Ocularis ad falſitatem xii.& xiii.Et in declar.uulga.§.15.& 16.
Propo.16.In diſputa.arg.33.& in declar.uulgar.§.17.
Propo.17.In diſputa.arg.20 & 34.& in declar.uulg.§.18.
Propo.18.In diſputa.arg.35.& 36.& in uulgar.declar.§.19.
Propo.19.In diſputa.arg.2.&.37.
Propo.20.In diſputa.arg.38.& in uulgar.declar.§.20.
Propo.21.In diſputa.arg.39.& in uulgar.declar.§.21.
Propo.22.& 23.in uulgar.declar.§.22.in forma.
Propo.24.In uulgar.declar.§.23.
Propo.25.In diſputa.arg.42.& in uulgar.declar.§.20.
Propo.26.In uulgar.declara.§.24.
Propo.27.In diſputa.Valde in multis locis.Et in ſummario Speculi ocularis in principio libri,& notatur clare in primo notabili uulgaris declarationis & §.6.
Propo.28.In uulgar.declar.§.25.
Propo.29.& 30.In diſputa.arg.44.& 45.& 46.& in declar.uulgar. §.26.27.28.Et ſingulariter ad oppoſitiones ſub.30. propoſitione contẽtas reſponſum eſt in declaratione uulgari.§. 40.& 41
Propo.31.In diſputa.arg.38.& in uulgar.declar.§.28.ubi Epiſtola excuſatur.

Propo.32.In disputa.arg.47.& in declar.uulgari.§.29.
Propo.33.34.35.falsatæ.In disput.arg.48.& in uulgar.decla.§.30.
Propo.36.In disputa.arg.49.& in uulgar.declar.§.31.
Propo.37.Ex uerbis consilii,In forma cuiusdam oppositionis mo tum quod sentit talem obiectionem nihil ualere cum absq; so lutione dicitur. Quicquid sit,quasi diceretur, q̃ hoc De per se nihil sit,in Consilio.fo.16.facie secunda uersus finem.
Propo.38.In uulgari declaratione.§.32.
Propo.39.In uulgari declaratione.§33.
Propo.40.In uulgari declaratione.§.34.
Propo.41.In disputa.arg.52.& in uulgari declarat.§.36.
Propo.42.In declaratione uulgari.§.38.
Propo.43.In declaratione uulgari quæ intitulatur Clara intelli gentia.§.39.

Quibus singulis, Hiltebrande mei amãtissime,a singulis quibusq doctissimis (ut probum decet omné arbitrum) grauiter ponde ratis & compensatis,hastam abiicient Theologistæ,ac suo more pro thorace ferrea consuetam Lenidensam induent.Nam ut ait Ouidius.Et mihi sunt uires,& mea tela nocent. Vale uirorum op time.Et hoc Colonienſium Theologistarum sutorium atramen tum cum amicis nostris & eis perq̃doctissimis comunica,in rem meam consulturis.Iterum uale.I.Dieb. Octobris. An. M.D.XII.

ERASMVS ROTERODAMVS REVCHLI NO SVO. S. D. P.

SI Vales nostræ Germaniæ decus,est unde plurimum gaudeã, Recutitus ille ex nocentissimo Verpo sceleratiornõ Christia nus,sed Christianistes edito libello,eoq; uulgari lingua ne nõ intelligant ipsius sodales,doctos omnes ut audio nominatim la cerat.Sed meo iudicio mõstrum modis omnibus indignum est; cuius mentio fiat in literis hominum eruditorum. Deum imor talem,quali organo utuntur personati illi religionis euerso res.Plus unus ille semiiudæus Christianus,nocuit rei christianæ,q̃ uniuersa Iudæorum sentina.Planè, ni fallor,is suæ genti præbet, q̃ Dario Zopyrus,quanq̃ hic multo sceleratior .Nos mi Reuch

line neglectis portentis Christo nos oblectemus, & honestissimis fruamur studiis. Tuus Roffensis & Coletus belle ualent. Omnes eruditi probiq; uiri te amãt. Expostulaui cum Dorpio, quare hæc Academia se miscuisset tuo negocio? nam huius stylo abusi sunt ad hoc negocii. Is respondit, unum Adrianum fuisse authorem, cui nunc contigit Cardinalatus. Nec unq̃ tamen fuisse mentionẽ hæreseos, sed errorum duntaxat. Quid autem uacat errore? Tametsi ego nihil illic erroris uideo, Curaui libellum latine uertendũ, ac misi Roffensi. Bene Vale. Louanii. XVII. KL. Decembres. Scripsissem copiosius, sed hic incertus erat γραμματοφόρος.

Ioannes Roffensis Episcopus, Clarissimo Ioanni Reuchlin.

SALVVS sis Reuchline charissime. Doleo plurimũ literas eas quas ad me dederas periisse. Ne grauẽris itaq; precor, ad nos scribere iterato. Sum enim ex tuis fautoribus unus, & fortassis non minus q̃ q̃ quotidie assidet lateri tuo, neq; minus mihi molestum est hoc iniuriarum negocium, quod Fratres isti facessunt tibi, q̃ qui tui amãtissimus est. Quamobrem te precor, optime & eruditissime Ioannes, digneris nos aliquarum tuarum literarum participes facere, ne frustra uideamur nobis hunc nostrum amorem in te collocasse, & fœlix Valeas. Ex Londino Angliæ.

ERASMVS REVCHLINO SVO S D.

IAm bis ad te scripsi, fortassis negligentius q̃ decuit ad tantum uirum, sed tamen amice simpliciterq;. At tu ne uerbo quidem respondes, Non possum quicq̃ de te suspicari, nisi quod sit eruditissimo simul & humanissimo uiro dignum. Episcopus Roffensis uir absolutissimæ doctrinæ in suis ad me literis ita de te meminit. Quod mei meminisse uolueris, & me per literas salutare, gratias ago tibi maximas, & præcipue quod de Reuchlin tam diligenter omnia scripseris, cui ego ualde faueo, quanq̃ incognito mihi. Ac paulo post. Ad Reuchlin illum redeo, cuius opera si qua edidit quæ apud nos non fuerint, cures quæso ad nos perferri. Nam mihi ualde placet hominis eruditio, ut qui uicinius ad Ioannem

Picum accesserit,alium extare neminem credā. Vellem Erasme sciscitareris ab eo per literas,si forte illū nō conueneris,unde acce perit genealogiam illam sacrosanctæ uirginis Mariæ,quā uoca bulario suo Hebraico apposuit. Vehementer enim scire cupio un de habeat ea res authoritatem,simulq; quo nam modo fieri pos sit,ut cum iuxta Philonis breuiarium,Solomonis linea penitus interciſa fuerit,ipsa nihilominus ex Solomone illic descēdisse tra datē. Coneris Erasme ut meus Reuchlin dignetē me de his duobus certiorē facere. Rursum in fine. Vale optime Erasme, & me ipsi Reuchlin commendatissimum facias,quem haud dubie uiserem ipse,si non his sacris uestibus essem indutus. Hæc mi Reuchlin uir ille clarissimus suapte manu ad me scripsit, quæ ad uerbum ad te transcripsi,ut ex his intelligas quanti te faciat. Dignꝰ est cui mo rem gerat humanitas tua,uel ob hoc ipsum, quod te tam arden ter amat. Nos hoc in procinctu scripsimus & quidem occupatiſſi mi. Nam Romam auolamus. Quod attinet ad editionem operū Hieronymi,tantum abest ut uel pilum tuorum laborum aut glo riæ mihi uelim uindicare,ut citius aliquid de meo in te transfude rim. Cum eum laborem susciperem,ignorabam te in eodem uer sari. Quanq̄ non agimus idem. De Hebraicis literis nihil arrogo mihi,quas primoribus duntaxat guſtaui labris. In Summa dabi tur sua cuiq; laus,idq; candidissime. Bene Vale. & Erasmum in eo rum adscribito numerum,qui tuo nomini uere & ex animo fa ueat. KAL. Martiis.

ERASMVS IOANNI CAPNIONI SVO S. D.

CVM,agerem apud Britannos,redditæ sunt mihi tuæ lite ræ una cum absolutione Episcopi Spirensis, communica ui cum doctis aliquot amicis,quorū nullus est quin & suspi ciat ingenium tuum tam fœlix tanq̄ fœcundum. Riserūt,& a me damnatum illum libellum uehementer efflagitarunt,uel hinc cō iectantes rem esse præclarā,quod talibus displicuisset. In primis autem Episcopus Roffensis uir singulari morum integritate,ac Theologus absolutissimus. Deinde Ioannes Coletus,Decanꝰ facti

Pauli,apud Londinum.Me tamẽ nonnullus adhuc habebat ſcrupulus,ne quid ſcripſiſſes incautius,quod uiderem Epiſcopi ſentẽtiam ſubtimide ſcriptã eſſe,ac pene meticuloſam quod adderet hæreſim apertam,& accedente tractatu,donec Moguntiæ nactꝰ ipſum libellum,articulos illos hæreticos,irreuerẽtiales & impios legiſſem,iam riſum tenere nõ potui, poſteaq̃ autem damnationem illã,bone Deus,q̃ belle compoſitã legiſſem, abſolui te,eaq; mihi Apologiæ uice fuit,maioremq; in modum optabam, ut ea in eruditorum omnium manibus eſſet. At ſimul atq; legiſſem & Apologeticum tuum,tanta alacritate,tanta fiducia,tãto eloquẽtiæ fulmine,tanto acumine,tam multiiuga eruditionis ubertate conſcriptum,iam mihi uidebar,non audire reum pro ſe dicentẽ, ſed uictorem de ſubactis hoſtibus triumphum agentem. Vnum illud deſyderabam mi CapNion,loquar enim ſimpliciter & amice,malebam te in locos illos comunes parcius digredi aut certe minus immorari,ad hæc,magis temperaſſe a manifeſtis cõuitiis. Verum illud ſi uitium eſt,uitium eſt hominis eruditione ac literis ſuperfluentis,hic difficile eſt alieno dolori modum præſcribere.Rem facies eruditis omnibus gratiſſimam,ſi curaris illum libellum in Angliam tranſmittendum,uel ad Ioannem Epiſcopũ Roffenſem,uel ad Coletum Decanum.S.Pauli.Ipſe quoq; ſi potero mittam meũ,tametſi unicum mihi. Scripſimus annotationes in NOVVM TESTAMENTVM uniuerſum. Itaq; eſt animus excudendum curare nouum Teſtamentum græcum, adiectis noſtris annotamentis.Aiunt tibi exemplar eſſe emendatiſſimum,cuius copiam ſi feceris Ioanni Frobennio, gratum facies non ſolum mihi atq; illi,uerum etiam ſtudioſis omnibus.Codex integer & incontaminatus ad te redibit. Vale & reſcribe. Ad literas quas in Anglia accepi reſpondi,an redditæ ſint neſcio.Tuas literas expectabo. Rurſum uale,totius Germaniæ uere unicũ decus & ornamentum incomparabile. Magnopere cupiebam te cum coram colloqui,uerum ut uideo non licebit.Nam ad Idus Septembres hinc in Italiam pergo, niſi ſi quid extiterit interea noui.Iterum atq; iterum Vale.

EPIS. ILLVST. VIRORVM AD ERASMVS REVCHLINO SVO S. D.

NVLLO sermone consequi queam, quo studio, qua uenerratione tuum nomen prosequatur, magnus ille literarum ac pietatis Antistes, Episcopus Roffensis, adeo ut cum ante hac plurimi fecerit Erasmum, nunc admiratione Reuchlini penè contemnat. Quæ res adeo me nulla urit inuidia, ut uehementer etiam gaudeam, proq; mea uirili curẽtem (quod aiunt) exti mulem. Nullas ad me dat literas (scribit autem crebrius) in quibus non faciat honorificentissimam tui mentionem. Decreuerat posito cultu Episcopali, hoc est, linea ueste, qua semper utuntur in Anglia, nisi cum uenantur, traiicere, hac præcipue causa impulsus quo tecum colloqui liceret, tanta habet hominem, discendi tuiq; sitis. Atq; hac lege nos ad nauim properantes decẽ apud sese dies detinuit, ut unà traiiceremus. Verum incidit postea cur mutaret consilium, & si rem distulit, animi propositum non mutauit. In extremo digressu sollicite me rogauit, qua re posset tibi gratũ facere. Respondi, tuã fortunã non esse eiusmodi, ut magno pere egeret pecunia, uerum si mitteret annulum, aut uestem, aut aliud eiusmodi, quod ceu tui monumentum posset amplecti, id fore gratissimum. Respondit, se nihil laborare quanti constaret, modo tibi gratum esset, collaudaui hominis animum, suspicor eum breui ad te uenturum. Interim fac scribas mihi, quid tibi potissimũ mitti cupias, nullis ille parsurus est sumptibus. Sensi illum auidissimum calamorum νάλωτῶν, cuiusmodi mihi tres donasti, proinde si tibi sunt aliquot, nullum mun⁹ gratius mittere possis, non grauaberis eum crebris appellare literis, & item Coletum; uterq; tui studiosissimus est, uterq; talis est, ut etiam si nulla speraretur utilitas, tamen ob egregias quibus præditi sunt uirtutes, & animum in te tam propensum, digni erant amore mutuo, nunc ambo summam apud suos obtinent authoritatem. Coletus etiã Regiæ Maiestati intimus est, & ad priuatissimũ colloquiũ quoties uult admittitur. Leo Summus Pontifex ad meam epistolam quam excusam legisti, diligenter respondit, nec minus amanter q̃ diligenter, adiecit alterũ Breue, quo me sua sponte Regi Anglo

rum commendauit,haud quaquam more uulgari,atq; id nominatim adiecit,se id suapte sponte facere,nec a me nec a quoquam ut id faceret rogatum.Responderat uterq; Cardinalis,uerum hæ literæ in tuam Germaniam missæ sunt ad Ricardum Pacorum, hominem egregie doctum, qui nunc apud Eluetios oratorem gerit.Quin & Pontificis Breuia mihi non ante sunt reddita,quã in Angliã rediissem,quæ si in tempore fuissent reddita, fortassis & Hieronymum Leoni dedicassem.Mihi uix dum in Brabãtiam reuerso,Illustrissimus Princeps meus Carolus Præbendam donauit,satis & honorificam & copiosam.Reuisi Britanniam,salutatu rusMœcenates meos,& amicos ueteres,Reperi multo nostri q̃ reliqueram amantiores.Archiepiscopus cum semper amarit unice,nunc tantum adiunxit ueteri in me studio,ut ante parũ amasse uideri possit.Omnia sua mihi detulit,recusaui pecuniam. Abeunti donauit equum,& calicem cum operculo elegantissimum inauratum,pollicitus apud mensarios pecuniam quantamcunq; iussero se depositurum.Nouum Testamentum plurimos amicos mihi cõciliauit ubiq;, tametsi nonnulli strenue reclamarint,p̃sertim initio, sed hi in absentem tantum,& ferme tales,ut nec legerint opus meum,& si legerent,non intellecturi. Scribe ad nos frequenter doctissime Reuchline. Quicquid Antuerpiã miseris, ad Petrum Aegidium Scribam publicũ, id mihi certo reddetur. Bene uale Germaniæ nostræ decus.Si Philippum Iuuenem ad Rosfensem miseris,tuis commendatum literis,mihi crede, tractabitur humanissime,& ad amplissimam fortunam prouehetur. Nec usquam continget plus ocii ad optimas literas. Fortassis ille sitit Italiam.At his temporibus Italiam habet Anglia,& ni plane fallor,quiddam Italia præstantius,Rursum uale.Calecii. VI. KAL. Septembres.

Erasmus CapNioni.

CVM has literas parassem ad primam γραμματοφόρου copiã Redditæ sunt Antuerpiæ tuæ literæ,sed Mense Iulio scriptæ, quas ego ad finem Septẽbris accepi,ad has ut paucissimis respondeam. Erat quidem mei officii doctissime Reuchline literis tibi gratias agere pro Codice,hoc est deliciis tuis, nobis cõ

modato missis, Sed Frobennius in causa fuit, qui me non admonito librũ remiserat. Nænias meas, tuo hoc est doctissimi optimiq; uiri calculo comprobari uehementer gaudeo. Cæterum, q tua præ meis contemnis, age ne nimis amice, & modeste plus satis. Et infœlicitatem tuam deploras? qui fœliciſſimo illo seculo uideris Italiam, florente Agricola, Politiano, Hermolao, Pico, cui tam uaria tanq; recondita contigerit eruditio, qui tot summatibus uiris notus ac familiaris fueris. Qui nunc quoq; optimis ac doctissimis quibusq;, sic charus sis & adamatus, ut si pater esses, omnibus intimius charus esse non possis. Adorat te propemodum Episcopus Roffensis. Ioanni Coleto sacrum est tuum nomen. Quod ni minister perdidisset epistolam tuam, haberet eam (ut aiebat) inter sacras reliquias. Nuper inuisi MONASTERIVM peruetustum Cartusiensium apud Sanctum Odomarum Arteſiæ oppidum. Eius loci Prior, è tuis libris mire literas hebraicas assecutꝰ est, nullo præceptore. Tibi uero sic deditus, ut nomẽ etiam ipsum uenereꝰ. Erat forte apud me quædam epistola tua, quam ubi sensit tua scriptam manu, obnixe rogauit ut apud se relinquerem. Eá identidem exosculans. Non pauci sunt, mi Reuchline, hoc in te animo. Quod tua uirtute contentus negligis hominum maleuolentiam laudo. Ipsa uirtus abunde magnum sui præmiũ. Et si parũ agnoscit hæc ætas, agnoscet posteritas, deniq; agnoscet Christꝰ cui tui militant labores. Scribe uel paucis Coleto, is iam senex græcatur. Roffensis etiã proceſſit fœliciter. Rursum uale doctissime Reuchline, Antuerpiæ. III. KAL. Octob. Ex ædib. Petri Egidii publici Scribæ, ad quas si quid miseris, id mihi facile reddeꝰ.

¶ Amici sunt Reuchlino In Anglia Doctissimi.

M. Guilielmus Grocinus Theologus.
Thomas Linacrus Medicus Regius.
Cutbertus Dunstanus Iureconsultus, Archiepiscopi Cantuarien sis Cancellarius. Guilielmus Latamerus Theologus.
Iohannes Coletus Decanus S. Pauli Londini
Thomas morus Londonienſis Iudex & Aduocatus diſertiſſimus.
Andreas Ammonius Secretarius Lucẽſis, doctiſſimus. Omnes sciunt græce excepto Coleto.

F. Ioannes Quonus Prior Cartusiæ propè Sanctum Odomarum, Venerabili Domino Iacobo Fabri Magistro Parisiensi.

ETernam in Domino Iesu Salutem. Audiui Ioannem Reuchlin admirabilis ingenii uirum, Parisium in breui fore peritu rum, uirum inq̃, quem aliquid supra hominem esse suspicor. Quis enim nisi stolidus aut malicia excæcatus fructuosissimum il lius non miretur diligatq; laboremq; o si hunc audire mihi liceret Nempe ab olim ingens mihi ineſt desyderium audiendi, quid do ceat illa sublimis Cabalæ scięntia, quibusue principiis adipisci pos sibile sit, quam tantopere extolli audiui. Confido, quia dum ue nerit, illi indiuiduus comes iugiter adhærebis. Infœlix ego, qui uestro colloquio adesse non possum, quod certe me delectaret su per omnes delicias. Obsecro mi Præceptor uenerandissime, ut ab eo scisciteri nõ pigeat, an (quemadmodum pollicetur in suo Ru dimentorum libro) scripserit de punctis, de prosodia, ac de longis & breuibus. Et ubi huiusmodi libri impressi reperiantur. Deniq; si quid de scientia Cabalistarũ ab illo eradere poteris, obsecro uel breui epistola illius participé me facere digneris. Erubesco certe hoc à te tam familiariter exigere, quia uicem reddere nõ possum: Sed tuæ liberalitatis ingenuitas, quam optime noui, ausum mihi præstat. Et si talis sim qui tibi, quod te dignum est, retribuere non possit, eum tamen qui te grandi diligit affectu, rogo, ne contẽnas, quem si idoneum habere nequis remuneratorem, habebis tamẽ quoad uixero pro sua salute apud Dominum deuotum oratorẽ, qui te sua bonitate semper bene ualere faciat. Ex Conuentu Fratrũ Cartusiensium uallis Sanctæ Aldegondis prope sanctum Audomarum. XXIIII. Iulii.

Iohãnes Franciscus Mirandulæ Dominus, Ioanni Reuchlin Phorcensi.

SAlue Reuchlin. Quom iã septies Germaniã pro ditiõe mea petissem, & iter Vindelicos cõmorarer, Cũrad⁹ nr̃ Peutinger⁹ & ex uetere amicicia & gratia, ut arbritor, de lr̃is fabulãdi me cõuiuio susceþit. Aderat & Bilibaldus nr̃. Qui ex negocio Norinbergẽsi eo se cõtulerat. Multa ĩter nos de lr̃is, nec parũ multa de te

Tum ego, qui in Italia librum unum de Rudimẽtis hebraicis tñ uideram, nec mihi habere illum poteram, quæsiui an ea in regiõe uænalis haberet. At ille, nõ (inquit) est opus, nec mora, prompsit ex Bibliotheca sua librum, meq; illo donauit & animo & fronte hilari. Inde in Italiam paulocq; post in patriam ditionem reuersus, secundo iam ab exilio redux, uersare librum auidius cœpi, reuocaturus in memoriam quæ partim exciderant, ab hinc ferme annis quindecim, partim non tenaciter hæserant, ob alia negocia & literaria & bellica. Incessitq; me adeo ex ipsa lectiõe ardor, ut quicqd hebræarum literarum haberem, per me ipsum, nõ per interptem haurire cogitarim. Quapropter ad te scribere operæ ꝓciũ uisum est, rogatũ, ut ne graueris mihi significare, an libri ulli qui nõ sint omnibus comunes, apud te sint, aut ad linguam ipsam syncere casteq; tenẽdam haberes, aut ad sacrarum literarũ remotiora sensa perueſtiganda, si forte mihi fieri eorũ copia per te poterit, & inueniantur Hebræi qui ex fide uelint excribere. Impensam ego oẽm uel Augustæ in nostri Conradi manibus, uel ubicunq; uolueris curabo deponendam. Tu interea si libuerit operã daturus es, ut ipsorum librorũ index ad me perferat. Super oĩa uero, q̃ unq̃ in me cõferri per te possint, illud gratissimum fore existimes uelim, si re scire tua diligentia potero, quo pacto sacrarum carmina literarũ se habeant. Neq; enim ullam aut Pindari aut Flacci effigiẽ in psalmis uel de longinquo possumus intueri, quam tamen olim & Hebræi multi, & etiam Hieronymus proxime ac citra uelamẽ inspexerunt. Nec in Moysi cantico aut in libris Iob heroicos ullos uersus agnoscimus, quos illi percalluere. Quæsiui ego hac de re ex Hebræis, qui se linguæ suæ bene compotes esse profitebant, munitissimeq; ad cætera respondebant. Ad hoc unum, ne γϱῦ quidem, ut dici solet a græcis. Qua de re consulere te accuratiorem omnibus in literis hominem, & in Hebræis longe lateq; uersatum, operæ præcium duxi. Vale. Mirandulæ III. Kalend. Aprilis. Anno M. D. XVII.

Ioannes Reuchlin Phorceñ. LL. Doctor, Ioanni Francisco Pico Mirandulæ Domino. S. D. P.

QVID non ſim facturus Generoſe Comes, quod & facere poſſim, & fieri tua intereſſe cognorim, ita eſt omne locatũ in te meum obſequendi ſtudium, quem ante annui q̃ uidi, ob ingentes toto prædicatas orbe uirtutes tuas. Sed tu quæ uires noſtras excedunt ne uelis quidem, certe ſcio, in me deſy derare, ut eſt illud quod eſflagitas, quo pacto ſacrarum carmina literarum ſeſe habeant. Mihi ſane legenti & Euſebium in præparationis Euangelicæ libro, ſi rite recordor, undecimo, & Hieronymum in Iob Vzitæ prologo, cæteroſq; noſtrates; profecto dudũ ante mota fuit hæc περὶ τῆς τῶν circa Flacci, Pidari & Alcæi Sapphuſq; modulos in confecratis Inſtrumenti ueteris uoluminibus, ut aiebant, facile inueniendos. Qua in re impendi operam nõ mediocrẽ. Sed ut libere fatear, haud ſecus atq; tu ipſe fruſtra prorſus, & ſine fructu, ut tandem in eam totis pedibus libeat ire ſententiam, ſtudioſos Hebræorum aliquos olim extitiſſe, qui applaudere atq; blandiri græcorum ingeniis multum ſuauitate ac facũdia linguæ occupatis, conati ſint, ne Iudæorum opera exiſtimarent penitus & ſcabra nimis eſſe, ac ſupra modum barbara. Quos eũ ea in re Hieronymus noſter imitatur, hi omnes græce ſcripſere. Nunquam uero eiuſmodi apud ullum legi Hebræorum, quanq̃ ut uera dicam, non omnia eius gentis legi. Extat Ioſephus quem יוספון nominant hebraice ſcriptus, ubi nihil horum continetur. Itidem confirmant cæteri Iudæi etiam ualde docti. Habẽt nimirum, id quod non negauero, ſuos modulos & pedes, tam rhythmicos q̃ metricos, quãtitateſq; ſyllabarum, quibus iuniores poetæ in carminibus gnauiter utuntur, ut in eo libro quem nunc de Proſodia & Orthographia linguæ Hebraicæ, quantum per lites Fratrum Prædicatorum innocenti mihi denuo Romæ motas licebit, excudere propoſui, ſtudioſiſſimis quibuſq; ubertim explanabitur. Qua de arte nuper chartas confeci xvi. adnuente Deo, totum operis breui ſuppleturus. Sed quantum mihi uidere uideor, profecto nuſq̃ in ſacra ſcriptura deph̃ẽdere queo, q̃ uerſus perpetuo ſimiles ſibi fluant, & una ratione decurrant. De his aliãs. Nũc quos habeam libros Hebraicos, ut ſcribis, qui non ſint omnibus comunes, ex his de Arte Cabaliſtica editis a me dialogis, quos hic

ad te mitto, cognoscere potes. Sed qui ex Iudæis apud nos inuenia tur qui tales libros non modo excribere, uerum etiam legere pol sint reperies forte neminem. Paupertate nanq; omnes pressi, litterarum studiis non incumbunt, ideo nec mea quidem illi legunt, nec ego ullam cum eis habeo conuersationem. Facilius Romæ inuenies apud Reuerendissimum Grimanum Cardinalem, inter illos olim patrui tui libros, quos utinam uidere possem. Nã haud parum multis hebraicis ego quoq; & moleste & grauiter egeo. Quare uicissim oro, ut me tu ipse adiuues, & fœliciter ualeas. Stutgardiæ Prid. Kalend. Quintiles. Anno M. D. XVII.

Hermannus Comes de Nuenar, Iohanni Reuchlin Phorcensi S. D. P.

EN tibi amicum utrunq; grauem qui tuas parteis tenet apud Leodios & Aquas. Exegit à me literas commendaticias ut te ex itinere inuisere posset, quod feci ipse non inuitus, cum q te amem, tum etiam q illi negare non potui. Contra Honstratum, id est κωφόρογγον καὶ κωφόρυγχον Canironchum illũ bonæ famæ hostem paucula ineptiuimus, grauiora quæq; ad exitum maturã tes, pedetentim contra beluam incedendum est, quandoquidem externa præsidia nondum accesserunt, coniũnctis copiis expugnari cõmodius poterit. Egregie animauit me Buschius, idemq; Hutenus fecit, ambo tui honoris propugnatores, quorum posterior ille posterioribus ad me literis suis uoluit, ut quoties ad te scriberem, sui facerem honorificam mẽtionem. Sed quid anserem me iubet stridere inter olores? ille tamen cum sit amicus facile obtinet ut parere malim etiã ineptus q impietatis insimulari. Tu aũt nosti homis ingenium, mores, indolem. Præter uirtutes & generum splendorem totus est candidus, cultus, atq; elegans. Te ita ob seruat ut præferat etiam necessariis, literas ita colit, ut nullum barbaries acriorem sentiat hostem. A Glareano quoq; è Galliis nup literas accepi, ubi parteis nostras tenent eruditi aliquot, quorum in dies expecto præsidia, apud Eburones idem facit religiosus ille quidem, sed accuratissime doctus Pascasius Berselius. Verum, ego nihil opus esse iudico tantis auxiliis, cõtra ranas paucas, quas etiã

nunc garrulitatis suæ pudet, alias intendi machinas, agitur res du ctu optimatum, hos ualde suspicit hoc hominũ genus. Spero bre ui te aliquid intellecturum quod afficiat. Incipiunt iam paulum diffidere ipsi, tota adhuc faba cudetur in capite Astarothi. Anthe um nactus est fortiorem, Hercules ille Ficticius, qui ita seipsum ap pellat. Quiesce tu, interea dum luctamur, uidebis ut te ex insidiis eripuero. Deinde si tibi ocium suppetet, ad nos quãdoq; accedas uelim. Ludemus bellam comœdiam, conficiemus Sycophantas, usq; ad medullas. Leodiensis episcopus Gallicum explicauit no dum, adiunctus Burgundionibus, quæ res facile efficiet ut nobis quoq; accedat, possum aliquid apud illum. Cum ueneris ad nos, curabo ut omnia pro uotis nostris eueniant, nil tibi æque condu cere posset, q̃ eius Principis fauor. Bene uale. Coloniæ.

Io. Potken Præpositus S. Georgii Coloniæ, cum tui amantiss. I. Q. Ioanni Reuchlin Phorcensi LL. Doctori S. D. P.

NIHIL ambigimus doctissime doctor, quin & nostræ & ali orum tibi & innocentiæ tuæ fauentium literæ, te ob Picatũ non per tecta in urbibus uolãtium, sed uicatim & domatim etiam casatim humum non quatuor sed quinq; digitorum pedi bus calcantium & quæstum mendicitate facientium uexationes, forte formidulosum, aliquantum recreent, eaq; de re te de nõnul lis, proximis diebus pro & contra te Romæ gestis, certiorem face re curauimus; ¶ Die Veneris proxime lapso, nobis præsenti bus, decreta fuit inhibitio per Reuerendissimum Cardinalẽ Gri manum alterum ex duobus dignissimis Cardinalibus, ad cogno scẽdum & terminandum omnes & singulas causas tuas per postre mum rescriptum in Inhibitionis Instrumento insertum, deputa tis. quomodo ex tenore eiusdem Instrumenti, quod ad tui conso lationem, & iactantiæ tibi aduersantium confusionem ad te mit titur plenius intelliges. Adempta est tertio Iudici Cardinali oñis Iurisdictio, perbelle quidem, ne propter superiorem in ripa flumi nis locum, quem denuo obtinet, potum tibi forte turbasset. Iussi mus nuper, & nunc quoque iubemus, bono te esse animo.

Optamusq; ut ſicut egregie cepiſti, pro uirili cures, ut omniũ cli-
matum gentes ſe ſuis ſibiq; reſpectiue alienis linguis inuicem in-
telligant. Nam id profecto neceſſarium eſt, ſi tandem unus fuerit
paſtor, unum & ouile nouum. Proh dolor propter noſtra maio
rumq; noſtrorum peccata, a tempore Apoſtolorũ citra, Spiritus
ſanctus ad humanum genus in ſpecie uiſibili non deſcendit. Sed
donum diuerſarum linguarum tot iam ſeculis negatum, calami
tatem & miſeriam mortalium tandem miſeratus, tuis perpetuis
uigiliis & lucubrationibus, hominibus germanis tribuit & palam
fecit. Quod ſi idem zelus in tuis æmulis eſſet, qui in Diuo Vince
tio Hibero, ordinem Fratrum Prædicatorum uere profeſſo, fuit,
qui Vincentius non in tui ſimiles, contra charitatem inquirendo
ſed plebem Chriſti noſtri Fidem docẽdo, ab omnibus eius ſermo
nes audientibus intelligebatur, profecto inter te & Iacobum tuũ
pro improbo conatu ſuo ſupplantatorem, & eius complices, quos
tu Quaſarios, nos uero Quaſidicatarios, appellamus, ſimultas eſ-
ſet omnino nulla. Supereſſe putamus, ut poſito metu, ſicut om-
nes nos, etiam tuos uexatores, per nouum tuum docuiſti opuſcu
lum, quo nam modo ſermo fieri debeat ad populũ, ita quoq; ger
manicam puericiam, adoleſcentiam & iuuentutem doceas, diuer
ſas quas calles linguas, & facilioriẽ diſcẽdi modum, ut eo magis tui
æmuli iaceãt inglorii, tuq; etiam poſt Neſtoris annos, corpore ſe
pultus, contra eos glorioſum ducas Triũphum. Domino Stepha
no Roſino plurimum debes, qui tuas haud ſecus ac ſuas proprias
pro uirili, etiam nomine Cæſareæ Maieſtatis, tuetur cauſas. Teq;
ſola uti credimus fama ſibi notum, Martinus de Groninga Iuriũ
Doctor amat, quippe qui Interpres iuratus, magnam ex his quæ
noſtra Germanica lingua in actis continentur partem interpre-
tatus eſt. Et omnia breui eſt, Deo uolẽte, abſoluturus, minimis tuis
expenſis. Nec tuis rebus deeſt Ioannes Van der Vuik procurator
tuus, doctus quidem, & in his quæ ad forum pertinent, interdum
ad noſtrum recurrens oraculum. Componitur DIALOGVS
in tui defenſionem per uirum doctiſſimum utriuſq; noſtrũ ami-
ciſſimum, cuius uomen, & alias qualitates ſuo tempore ſcies. Id
nunc te ſcire ſufficiat, q; & latinus & græcus eſt, etiã quo ad utranq;

maternam linguam,& primatum tenet inter Christianos huius seculi, quo ad hebræam & babylonicam,hoc est, uulgarem Chaldaicam; quam hebræi Europam incolentes,suis ,hoc est, hebræis characteribus effigiant,& iam a me Ioanne literas illas ueras chaldias,quibus Presbyter Iohan.& sui in eorum sacris utuntur ,non ignauiter didicit.Bene Vale uir dignissime,& omnem pone (oramus) metum Ex Vrbe. XXV. Ianuarii.Anno. M. D. XV.

Ioannes Potken, Ioanni Reuchlin.
S. D. P.

EAS quas ad me è Stutgardia.III. KAL. Sextiles dedisti, doctissime Doctor, literas nuper recepi cum Quaternione operis per F. Petrum Galatinum compositi ad me remisso.Tibi haud parum gratulabar,q̄ ex parte epistolæ quam ad me mittere dignatus es,intellexisti causam illam tuam in portu esse. Ego eam epistolæ partem absq; mora Georgio Sobio Iuuentutem Colonienſem in arte humanitatis publice erudienti,laudum tuarum prædicatori, tuoq; hac in ciuitate acerrimo defensori,tradidi. Is primo exinde die festo in templo,quod summum Colonienses uocant,facta doctorum uirorum corona omnibus audire cupientibus,è quorum numero nonnulli tui æmuli erant,legit, perlegit,& relegit, subitoque orto rumore per ciuitatem, ut fit, q̄ uictor euades,multi ex his qui te amant, & nonnulli ex eis qui te odio prosequuntur, inter quos etiam ipsi & Pepercorn, & Ortuinus erant,me adierunt, experturi,quid ea in re ipse affirmarem, quibus etiam alias literas,ad me latiuscule per Doctorem Ioannem VuiK procuratorem tuum scriptas, in eandem ostendi sententiam.Quæ res tui amātes,quorum maior Coloniæ est numerus,q̄ forsan ipse speraueris,solito æquianimiores alacrioresq;,alios uero uultu & aio depressiores fecit. Quod aūt scribis lata pro te sententia,te Coloniam peregre iturum,ad meam in lingua q̄ edere cœpi chaldia eruditionem,plurimum gaudeo,q̄ sententiā uel iam latam,uel propediem ferendam spero.Nam & Dn. Vuik inter alia ad me scripsit,q̄ mādatū de SVPERSEDENDO per contrarium a Sāctissimo Domino nostro signatū Mandatū

reiici curauerit. Et niſi Reuerẽdiſſimus Cardinalis Sancti Marci ex urbe, uti quotannis durantibus generalibus feriis ſolitus eſt, ſe cederet, cauſam tuã in ipſis feriis per Cardinales decidi ſperabat. Lata igitᵉ ꝑ te ſentẽtia, nõ me, ſed Coloniã ipſam accedito. Iniuriã tamen mihi feceris haud mediocrem, niſi domo mea, cuius reparationi iam intendo, hoſpitio fueris uſus. Ero in te linguã ipſam chaldiam docendo tuus Barnabanus, non ſolum nocturnus, ſed & diurnus, nihil eos metuens, qui te odio proſequuntur. Mitto ad te ineptias quas breui ante tui æmuli ſub uocabulo Nebulonis illius PfefferKorn conflarũt. Bene Vale, & uti ſoles redama. Ex Colonia. XIII Septembris. Anno .M. D. XVI.

Ioannes Reuchlin Phorcenſis. LL. Doctor, Iacobo Fabro Stapulenſi apud Pariſios.
S. D. P.

QVVM de libris tuis Faberrime Faber, in omni orbis terrarum ſpacio radiantibus, ſupra modum perſpectus mihi ſit uerus ille amor erga me tuus haud uulgaris, neq; popularis, ut qui ab animo conſtante ac nobili philoſophico q; proficiſcatur, mallem certe iucundioribus nunciis literarũ commertia tecum cœpiſſe, qui ſine tuo colloquio uitam mihi ſæpe putaui eſſe acerbiorem. Nunc quia hæc omnium rerum uiciſſitudo eſt, ſaltem te meis moleſtiis alloquar, qui diebus trãquillioribus nequiui. Ego enim quamuis ἐξ ἀπαλῶν ὀνύχων, & ab incunabulis mecum conſtituiſſem prodeſſe omnibus, lædere neminẽ, & ita me geſſerim ad hos uſq; ſenectæ acceſſus, erga omnis doctos & inomnem cœtum cuiusq; generis philoſophantium, ut merita laude nullum defraudauerim, neq; loquendo neq; ſcribendo, uel uerſu uel oratione ſoluta (nec enim Inuectiuas unq; cõſcripſi, neq; dentatos Iambos in alicuius nominis hominem luſi.) Sed magis omni ætati & omnibus ordinibus, quod ſuum erat uir tutis præmium detuli. Tamen hoc iam biennio contra me noua peſtis adeſt, cui nec uirtute reſiſti nec ſermonum telis armiſq; poteſt. Pulmonibus errãt ignis edax imis ut ait, Ouidius. Ea contra-

gio cœpit in Agrippina Colonia, ubi est quædam hominum spe cies inhumanissimorum, Theologi uocãtur. Neminem doctum extra se putant, & ecclesiæ uidentur sibi columnæ esse. Ab his cũ multi ante tempora, tum proximis annis lumen quoddam Iuris Petrus Rauennas ignauissime taxatus est, lacessiti sunt deinde ab ius ordinis quibusdam Iurisconsulti q̃plures, & tum omnes Poë tæ. Demum ad me uentum est, prorsus innocentem hominem, ut nomini meo & bonæ famæ sordes aspergerẽt. Forte inter alia, q̃ me uiderent hac ætate in Germaniam semina hebraicarum literarum, quanq̃ gratuito quidem sine præmio & absq; spe lucri iecisse. Sicut tu philosophissime Faber, Aristotelia primus omniũ cadentia restaurasti. Quodq; non ignorarent me ante omnes an nis citra quadraginta rursus Alemanniæ scholam græca elemen ta docuisse, quæ ipse ego quondam in uestra Callia ex discipulis Gregorii Tiphernatis adulescens Parisii acceperam. Anno Domi ni. M. CCCC.LXXIII. quo in tempore illic & Ioannẽ Lapidanũ Theologiæ Doctorem in grammaticis ad Serbonam, & Guiliel mum Tardiuum Anicien sem in uico S. Genouefæ, & Roberthũ Gaguinum apud Maturinos in Rhetoricis præceptores audiui, cum essem è familia Marchionis Friderici Principis Badẽsis, nũc Episcopi Traiectensis συμφοιτητὴς. Demum post aliquot annos è Sueuia rediens ad Parisios Georgiũ Hermonymum Spartiaten græce docentem assequutus sum. Cunq; optimarum literarum studiosi nostrates omnes confiteantur se græca & hebraica me autore primario didicisse, non potuit aduersariorum barbarorũ mera superbia æquo animo ferre tanta meæ famæ præconia, per sæpe formidantium, q̃ ornatioribus doctrinis imbuta posteritas, puerilia studia & aniles disciplinas quæ iandiu in nostra consue tudine uersantur, contemnat. Quare aduersum me hoc calũnia rum facinus ausi sunt nephandum & abominabile, cuius seri em ex mea Defensione intelliges, quam tibi uiro doctissimo & quod pluris faciam amicissimo, cum istis præsentibus nunc mit to, ut tecum reputes quid intentatũ improbi Timones linquant. Mirabere fortasse institutũ meũ quod tã acriter & serio iniurias repulerim, perinde atq; ab officio philosophiæ alienũ quã pfitear.

Sed ſi animo perpendas, quando ſit PHILOSOPHO appetenda, & quando fugienda defenſio, nõ tam laudabis recte, Socratis negligentiam coram Athenienſibus, q̃ coram illis Gymnoſophiſtis Apollonii diligentiam. Ille defendi noluit, & ad accuſationem Melitum ſe inſcribentem contempſit. Anytum aduocatum deſpexit, Lyconem cauſidicum deriſit. Iudices ipſos ipſe condẽnauit. Lictoribus corpus præbuit, quod erat multis corporibus inferius. Animã autem non præbuit, quæ erat omnibus Athenienſib. ſuperior. Scribit hæc ut noſti Maximus Tyrius Platonicus in quæſtione Num Socrates ſe non defendendo bene fecerit. Hic uero cõtra falſos delatores ſuos Euphratem & Thraſibulum, coram Theſpeſione gymnoſophiſtarum principe tam pugnaciter & tã mordaci oratione ſe defendit, ut nihil grauius, nihil acerbius, quam tu orationem (arbitror) legiſti apud Philoſtratum lib. vi. Horum exemplo ſummorum philoſophorum monemur, cum famæ periculum eſt, impatienter defendendum eſſe philoſopho, at cũ de uita certatur, fortaſſe non ádeo. Moriẽdum enim ſemel, infamiã patiendum nunquam. Ea propter haud muliebriter dicendũ mihi erat, nec ornatius aut liberius q̃ ſimplex oratio ueritatis ferebat quia expurgare me tantum uolui ut fortem decet, non diſerte ſed uiriliter, ſeruato moderamine cum inculpata tutela, qui armis nõ aliis q̃ ſcriptura uſus ſum, pariter ut aduerſarii. Et modo chalcographico ut iidem ipſi, & confeſtim ac incontinenti, mox atq; fieri potuit, dum eſſent in flagranti crimine, libroſq; iam diffamatorios ubiq; uænum circumducerent, & famam meam ſine fine turbarent, iterumq; percuſſuri gladium ſtringerent. Quo præſumit iuſte ab uniuerſis ratione utentibus me omnia feciſſe defendendi animo, & repellendæ ſolũ infamiæ, nulla ultionis cauſa, qui & apologiam iudici meo Romanorum Imperatori, die poſt impreſſionem proximo de manu in manum obtuli, petens, ut innocẽtiam meam audiret, & ſecundiore me fama exornaret. Quod & fecit per publicum Decretum, & nõ tantum id potuit, uerum etiam facere debuit, ut de Menna ſtatuit Gregorius. Hæc ad te ſcribo amice, quo leuari moleſtias mihi ſentio, cum habeã cui quod me grauat impertiar. Mitto etiam eandem illam Defenſionem meam,

ut si aduersarii apud eminentissimos Theologiæ professores Parisienses uiros eximios,& mihi quoq; Scholastico Parisiensi q̃ obseruandissimos me accusauerint insolentiæ aut temeritatis,uel ut ante solebãt infidelitatis,tu illis Defensionem meam porrigas, ut legendis nostris me cognoscant usq; quaq; innocentem. Nec ullo Sirenarum modulo tam dulciter incantentur,ut diffamationes inimicorum meorum quouis actu adiuuẽt. Sed audiant te interprete quod in Sophoclis Aiace prudenter dicebat Menelaus.

ἔρπει πάλαι δὴ ταῦτα, πρόσθεν ὄρσ ἐν
ἄιθων ὑβρισὴς, νῦν λέγω μέγ' ἄν φρονῶ.
καὶ σοὶ προφόνω τόν δὲ μὴ θάπτειν, ὅπως
μὴ τόν λε θάπτων, αὐτὸς εἰς ταφὰς πέσῃς.

Sanè plurimũ de te mihi spei est,cum laudatissimo theologorum collegio tam diligenter meo nomine agas,ut aliquam saltem consolationem fraternam mihi suo confratri,& eiusdem uniuersitatis Parisiensis membro celeriter mittant,de meis expensis,ad quod tu tabellarium accommodes oro,per me appreciandũ,quod posteritati sempiternis commendabo laudibus. Ex Stutgardia Sueuiæ,ad citer pridie Kal. Septemb. Anno M. D. XIII.

Facultati Theologiæ Parisiensi, Ioannes Reuchlin LL. Doctor. S. D. P.

QVANQVAM ab ineunte ætate sapientissimi & amplissima in toto penè orbis terrarum spacio laude celebratissimi Viri,semper me studui placere bonis,& neminis honorem lædere,tamen hoc triennio fieri non potuit,quin extrema ferme in ætate mea tandem ab indignis indigne lacerarer infamia. Facit hoc Diabolus,cuius inuidia mors intrauit in orbem terrarum,ut pariter inuidia discidium paret in eis quos nouit tantisper in deo manere,dum manserint in charitate,quam inter me aduersariosq; meos aut fregit auaritia,aut rupit superbia, aut luxuria dissipauit,aliud ue incidens odium quo fraterna extinguitur dilectio. Hoc enim ingenue fateor,q; tametsi omneis homines uirtute præditos q̃maxime diligam & uenerer,tamen fuit hactenus cum nullo mihi sacrarum religionũ ordine arctior ami

cicia quàm Prædicatorum noſtræ prouinciæ, quibus circiter annos undetriginta ſine precio abſq; premio nulla ſpe lucri ductus, ſed ſolum propter deum & ingentem meum erga illos amorem ac reuerentiàm commode utiliterq; non tantum in Ducatu Sueuiæ,ubi habito, uerum etiam in tota Germania patrocinat⁹ ſum, etiam cum fortunarum mearum nonnullo diſpendio. Vnde poteram facile mihi ipſi de illorum perpetua gratitudine (qualem per literas tam publicas ſuorum Prouincialium quàm ſingulorũ priuatas ſigillis ſuis roboratas,& uſq; huc in Chartophylacio meo ſeruatas,ſæpe polliciti ſunt,& promiſerunt) optimam ſpem perſuadere,ſi qua in re unquam mihi aduerſarentur mali euentus,ut eſt in rebus humanis frequens caſus,q; ad eos ego præ cæteris omnium primum cõfugere poſſem. Sed heu,plurimum ea me fefellit opinio. Cum enim mandato CAESARIS & noſtræ Prouinciæ Archiepiſcopi Moguntini fuiſſem coactus, opinionẽ meam de Iudæorum libris cõcremandis in modum Conſilii Camerarii clauſam & obſignatam ad man⁹ eorum propere & abſq; mora tranſmittere,non dubitaui ullum ſubſiſtere periculum,ut eſt in Prouerbio,cum bonis bene agier.Sed homo amens & perditus,ſe miiudæus quidam Colonienſis,latinam linguam prorſus ignorans,& iudaicam incongrue imperiteq; tenens,quod patet ex ſua interpretatione ab Adriano Hiſpano iuſte reprehenſa, quam his literis alligaui,maligna contra me machinatione Conſilium meum,quo ingenio adeptus certe Deus nouit,cum id Arnoldo cuidã de Tungari,& quibuſdam aliis Prædicatoribus Theologis Coloniæ patefeciſſet,& ſuper eodem adiutus,libellum cõtra me famoſum edidiſſet,non ſtatim illi eaſdem chartulas famoſas corruperunt,uel igni conſumpſerunt,ut Lex præcipit.Sed & iidem ipſi alterum quendam libellum famoſum qui incipit ARTICVLI aduerſum me compoſuerunt,& impreſſum publicarunt,quẽ iam quoq; ad uos mitto.Quorum tunc Inquiſitor ordinis Prædicatorum,nunc ut ipſe ait Delator,Decanus erat. Poſtquam autẽ toto biennio publicis famoſarum ſchedularum affixionibus me acerrime contra ius & phas perſequuti ſunt,cœperunt tandem ſub colore iuſticiæ mecum per ſuos hæreticæ prauitatis Inquiſitores in

iudicio agere, quod tamen instituerunt ita nepharie, ut appellāti mihi tam ab Inquisitore q̄ a Cōmissariis ordinarii ad Sedem apostolicā, summus Pontifex sentiens iniquitatem Inquisitoris Commissariorumq; ac eis adhærentium, totius negocii Ocularis Speculi alium iudicem dederit, Reuerendum scilicet episcopum Spirensem. Et simul sanctitas sua, manus apponens, inhibuit oīnibus personis & iudicibus aliis quibuscunq;, etiam sub censuris ne se de Oculari speculo intromitterēt, quinimmo si qui putarent aliquo modo sua interesse, ipsi coram Apostolico iudice prænominato causam suam agerent. Quam commissionem Romani Pontificis & Inhibitionem eiusdem, reuerendis paternitatibus uestris hic mitto descriptam. Vtrisq; uero nobis partibus termino a iudice assignato ad libellandum, eo q̄ essem tunc reus originarius expectaui ut decebat, donec ante uiderem accusatoris mei libellū accusatorium, si quem produceret coram iudice, seu potius reproduceret. Nam Inquisitor prius contra Oculare speculum meum, in iudicio Moguntino primæ instantiæ libellum quendam accusatorium me ad hoc legitime non citato proposuerat. Cumq; ad uersum me pars aduersa libellare negligeret atq; plane nollet, ego ipse uirtute citationis contra ambas partes prius emanatæ cœpi libellū meū per Procuratorē corā iudice producere. Mitto aūt Paternitatibus uestris Articulos, super quibus idem libellus meus per procuratorē secundū stylū Curiæ cōpositus & formatus extat. Nā libellū ipum formaliter positū in Actis insertū adhuc apud se Notarius causæ habet, qué libenter iā misissem, si per tēpus potuissem Seruatis itaq; oībus terminis in rota Romanæ Curiæ seruari solitis. Prædicatoribusq; pro maiori parte semp assistētibus, tādē emanata citatiōe ad audiēdā Sētentiā, ego de gratia Dei, & iusticia triū phāte obtinui diffinitiuā, ut in hac sentētiæ charta uidetis, quā etiā porrigo. Deinde cū eadē sentētia trāsiuissēt in rē iudicatā, ad meā instantiā datæ sunt executoriales, quas etiā istis colligatas Paterni tatibus quoq; vrīs mitto. Ex qbus oībus cognoscetis, male aduersarios feciſſe, nomē meū in uniuersa Christianitate sic infamādo, cū ipsi fuerint eius famæ maleuoli autores, & tidē ipsi scandalum & offendiculum plæbi posuerint, non ego, quod tamen scandalum ex ipsis ortum, iam de gratia Dei, iusticia mediante sopitum est

Quia uero apud indoctum uulgus ubiq; famant, se uelle apud ue
ſtras Paternitates impetrare cõtra me atq; libellũ meũ Oculare
Speculum nouam, neſcio quam, declarationẽ ſeu determinatio-
nem, ego quantum potero humillime peto, ut me facturam ue-
ſtram non deſtruatis, meq; de gremio & de corpore ueſtro mem
brum ne lædatis. Sum enim ſcholaris Vniuerſitatis Pariſienſis,
egregii quondam Theologiæ Doctoris DN. Ioannis de Lapide
diſcipulus in Serbona, & poſtea Marchionis Badenſis, nunc Epi-
ſcopi Traiectenſis cõdiſcipulus, quondam ad Solem habitans in
uico S. Iacobi, ante annos ſi rite recordor XLV. & hactenus almæ
Matri noſtræ Pariſienſi Vniuerſitati, non paruam laudem attuli
ſcribendo, loquendo, docendo, ut noſtra opera indicant. Nec ullã
ei maculam per oculare Speculum inuſſi, quod ſtante mea decla
ratione ſimul & in continenti edita, tum latina q̃ teutonica, nihil
continet ſcandaloſum, nihil contra eccleſiam, ut patet acriter in-
tuenti. Quare ad uos integrum oculare Speculum mitto, quod
aduerſarii truncatum & mutilatum dolo malo circũtulere, quo
facilius quoslibet Doctores ſibi conſulentes, in ſuam opinionem
aduerſum me traherent. Habetis Sacratiſſimæ Theologiæ, doctiſ
ſimi Doctores & integerrimi Patres, ſummã cauſæ meæ, quantũ
fieri potuit celerius ad uos licet perfunctorie miſſam, Primo, In
tegrum Oculare Speculum. Secundo, Pacem Imperialem, quam
Cæſarea Maieſtas cum Impoſitione perpetui ſilentii ſuper eodẽ
Oculari Speculo ſtatuit, ab illis ruptam atq; fractam, Tertio, cita
tionem Apoſtolicam & Inhibitionem. Quarto, Articulos, ex qui
bus conceptus eſt libellus articulatus, ſecundum legem Diffama
ri, Codice de Ingenuis & manumiſſis. Quinto, ſententiam diffini
tiuam, cum eius proceſſu. Sexto, literas executoriales. Quare obſe
cro uos Patres meos q̃ obſeruandiſſimos, dignemini in hac cau
ſa ocium præferre negocio, & contra me filium & alumnũ ueſtrũ
nihil ſtatuere, diffinire aut declarare. Cum Sãctiſſimus Dominus
noſter Papa Leo, & committendo & inhibendo ſingulis perſonis
& iudicibus manus ſuas appoſuerit, ne mihi autoritas ueſtra plus
noceat quàm ueri proſit euidentia, Ex quo enim Papa manum
appoſuit, inferior ſe de negocio ammodo intromittere nõ debet.

Valete fœliciter,& ſimul cogitate memori mente,hanc præſentē meri facti eſſe quæſtionem,& non iuris neq; diuini neq; humani, de qua noſtrum certamen eſt,non enim diſputo, quid ſit Hæreticum,& quid Catholicum,ſed ſolum utrum Oculare Speculum quod in uno corpore conſtat ex declarato & declaratione afferat abſolute ſimpliciter & ſine addito,propoſitiones quas aduerſarii exprobrant. Quod ſi tam dubium eſt ut ſcholaſtica diſputatione ueniat inueſtigandum,quemadmodum Aduerſarii illi circunuagando curſitantes,ſatagunt & colligunt doctorum ſibi adhærentium opiniones,certe iam conſtabit ad ſolius Petri ſedē, id eſt ad ſummum Pontificem eſſe referendum,& non ad inferiorē; ſecundum Iura Canonica quæ in hoc ſunt clara,& ſecundū Theologos ut Gerſon de Examinatione doctrinarū in tertia conſyderatione,& Occam in libro Sexto Dialogorū,in prima parte circa finē, & alii multi,a quorū lectione profeſſio mea & Reipublicæ familiariſq; cura me retrahit. Iterum ualete, q̄obſeruandiſſimi Patres. Stutgardie. XIII. KL. Iulias. Anno. M. D. XIIII.

Vlrichus Dux in Vuirtenberg & Deke, Comes Montis belligardi, ad Facultatem Theologiæ Pariſienſem.

EGREGII & Eximii Sacræ Theologiæ Profeſſores, Ciuis noſter uir Conſularis Ioannes Reuchlin Phorcenſis Legum Doctor,controuerſiam habuit cum quibuſdam Colonienſibus,concernentem ſcripta cuiuſdam libri Oculare Speculum nominati. Quæ authoritate ſedis Apoſtolicæ per ſententiam diffinitiuam eſt terminata. Nihilóminus tamen relatu accepimus,quoſdam religioſos eādem materiam ſopitam apud uos uelle reſuſcitare,petentes ut in eadē cauſa Dignationes ueſtræ conenť,contra præfatum Ciuem noſtrum aliquid machinari. Nos igitur conſyderantes ſanctiſſimum Dominum noſtrum Papam manus appoſuiſſe,cum Inhibitione quibuſuis aliis iudicibus & perſonis facta, oramus, cauſam iſtam ſuper Oculari Speculo motam,quam magis eſſe putamus inuidiæ quā fidei, a uobis abdicetis,& uel noſtri quoq; contemplatione uos exoneretis, permittentes commiſſio

p em ſedis Apoſtolicæ, cui præfatus Doctor Io. Reuchlin ſe ſem-
r er ſubiecit, ſuum retinere uigorem. Qua in re nobis nihil facie-
is gratius, pari uel uberiore gratitudine compenſandum. Fœlici
ter ualete. Ex Stutgarten. XIII. KL. Iulias. Anno. M. D. XIIII.

Guilielmus Copus Baſilienſis Medicinæ Doctor,
Ioanni Reuchlin Phorcenſi.
S. D. P.

QVANQVAM ante hac nulla mihi fuit cũ excellentia tua neceſſitudo celeberrime Doctor, non potui tamen nõ dolere, quum nomen tuum adeo ab indoctis calumniari intelligerem, cuius rei Hiſtoriam ab his qui una cum obtrectatoribus tuis tum aderant lucidiſſime intelliges. Ego agebam in aula Chriſtianiſſimi Frãcorum Regis, quum te æmuli lacerarent, interea Epiſcopus, qui hoſtibus tuis fauebat, cum multa in te diceret, famam tuam laniando, interrogatus a Regia Maieſtate an te noſcerem, reſpondi, quadraginta iam annis non uidiſſe me te, ſed tum quum Baſileæ docebas Præceptorem meũ Ioannem Heberling Gamundienſem ſcire me, te celebratiſſimi fuiſſe nominis, & in liberalibus artibus & literis humanitatis adeo, ut ea tempeſtate nemo tibi eſſet comparandus, nec deſiiſſe te ab illo tempore continuam in literis operã collocare, atq; huius rei locupletiſſimos teſtes eſſe libros multa eruditiõe refertos, qui ex officina tua prodierunt. Tunc aduerſarius ille, quum nihil aliud haberet quo uerba mea refelleret, dixit me pariter Iudaiſare. Hæc ideo ſcribere uolui, ut noſcas me tibi deditiſſimum, atq; pro nominis tui defenſione, uel ultima etiam experturum. Vale. ex Pariſiorum Lutecia, octauo kal. Septembres An. M. D. XIIII.

Ioannes Reuchlin, Guilielmo Copo Medicinæ
Doctori, apud Pariſios. S. D. P.

QVOD tam fideliter & confidenter literatiſſime Cope, doctrinarum mearum nepos, integritatem honoris mei corã Rege Francorũ & potẽtiſſimis obtrectatoribus meis commen oratione ueteris noſtræ uitæ defenderis, merito ingentes tibi ago gratias. Id aũt nõ niſi diuinitꝰ ita cecidiſſe arbitrabor,

q̄ uſq; adeo ubi abſens lacerabar, ubi laniabar ab inſidiatoribus occultis, ibi neſcio quis caſus, quæ fortuna te mihi ſubito dedit amplificatorem dignitatis meæ, quanquam uicit malorum hominum pertinacia tuam illam fraternam erga me plenā humanitatis, & pietatis uoluntatem, quo minus prohibere ualueris Regiam a me auerſionem. Nemo id miretur, nemo ſtupeat, longe plura enim poſſunt illi principum Pœnitentiarii, reatuum & turpitudinum conſcii, qua occaſione ipſi de medio confeſſionum extorquent a pœnitentibus quodcunq; libet. Proinde ſuppoſuerunt ad eam rem Prædicatores, ordinis ſui fraterculum Regis pœnitentiarium ut ſuis ſibi uafriciis facilem Regē conduceret quorſum optarent. Illi uero Patres & Magiſtri noſtri non eo debebāt peccare, q̄ Regis indulgentiā conſequuti erant, quin potius animaduertere, q̄ deus habet uindicē oculum (ut ait Homerus) qui & ſi lento quandoq; gradu procedat ad uindictam, tamen tarditatem ſupplicii grauitate compenſat. Feciſſent prudentius tui Pariſienſes bonam filii ſui famam conſeruādo, q̄ ſororis ſuæ Agrippinæ Calumnias iuuando. Feciſſent ſanctius obediendo Apoſtolicis ſententiis, inhibitionibus & mandatis, quā temerarie furioſeq; aut ſi leuius dici uelis, ſtulte per ignorantiam craſſam & ſupinam aduerſus Romanam Iuriſdictionēproteruiendo. Si neſcis Cope, fuit hæc Apoſtolica ſententia his uerbis promulgata. Pronuncia mus, decernimus & declaramus, libellum Ocularis Speculi cum ſua annexa declaratione in actis cauſæ deductum (cum ex declaratione & declarato ſit unus & idē liber & ſuiipſius declaratiuus) a DN. Ioanne Reuchlin Doctore compilatum atq; editum, de ſuſpitione atq; inſimulatione hæreticæ prauitatis aliiſq; criminibus ſibi per Fratrem Iacobum ante dictum hac in cauſa aduerſarium ex aduerſo principalem eidemq; adhærētes, indebite temerarie iniuſte tacita ueritate fuiſſe & eſſe notatum atq; diffamatum, ſibiq; Fratri IACOBO & eidem adhærentibus, aut ſua quo modolibet intereſſe habere putātibus diffamationes & accuſationes huiuſmodi facere & publicare minime licuiſſe neque licere, & eiſdem omnibus aduerſariis & ſingulis aliis ſuper præmiſſis perpetuum ſilentium imponendum fore & imponimus, nec non

pari noſtra diffinitiua ſententia decernimus & declaramus ſuper memoratum libellum, cum eius declaratione annexa, ut præfert, nullam hæreſim aut errorem ab eccleſia publice damnatum, manifeſte ſapere aut continere, perfidis Iudæis non plus q̃ deceat aut iura permittant fauorabilé fore, aut eccleſiæ Dei ſeu ſacris eiuſdé doctoribus, neq; iniurioſum neq; irreuerentialem eſſe, & ab omnibus ipſum Oculare ſpeculum cum eius annexa declaratione, quã in ſingulis coniunctam cum libello & repetitam eſſe uolumus, legi & publicari poſſe, diffamatiõe in contrarium ab aduerſariis deducta non obſtante. Simili modo pari noſtra diffinitiua SENTENTIA ante dictum Fratrem Iacobum Inquiſitorem in expenſis in huiuſmodi cauſa pro parte dicti Domini Ioãnis Reuchlin Doctoris, tam coram nobis & noſtris ſubdelegatis q̃ Mogũtiæ legitime factis condemnandum fore & cõdemnamus, quarum taxationem nobis in poſterum reſeruamus. Hæc Cõmiſſarius apoſtolicus reuerendus & Illuſtris Dominus Spirenſis Epiſcopus. Audi nunc quid Reuerendiſſimi Cardinales appellatione remota iudices dati Grimanus & Anconitanus. Diſtricte præcipiẽdo, inquiunt, mandamus, quatenus Reuerendiſſimo in Chriſto patri & domino, domino Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Archiepiſcopo Colonienſi ſub interdicto ingreſſus eccleſiæ, eiuſq; in ſpiritualibus & temporalibus Vicario ſeu Officiali generali, cæteriſq; officialibus Iudicibus, Commiſſariis, delegatis, ſubdelegatis, ordinariis, extraordinariis quibuſcunq; quacunq; authoritate fungentibus, & præſertim Arnoldo Tungaro, & cæteris Theologis, Theologiæ facultatibus Inquiſitoribus & Vniuerſitatibus, omnibuſq; aliis & ſingulis, quorum intereſt, intererit aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum, quibuſcunq; nominibus cenſeantur, & quacunq; præfulgeant dignitate, de quibus pro parte dicti DN. Ioannis Reuchlin principalis fueritis requiſiti, ſeu alter ueſtrum fuerit requiſitus ſub excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti aliiſq; eccleſiaſticis ſententiis & cenſuris etiam trium millium ducatorum auri de Camera boni & iuſti põderis, pro una ipſi Cameræ apoſtolicæ & pro alia medietatibus parti applicãdorum pœnis quas FERIMVS in his ſcriptis, quaſq; QVEMLIBET huiuſmodi no

ſtræ Inhibitioni contrauenientem incurrere uolumus ipſo facto, inhibeatis. QVIBVS NOS etiam una cum præfato Reuerendiſſimo Cardinali ſancti Euſebii, tenore ꝑſentiũ ſub ſimilibus pœnis inhibemus, ne ipſi uel eorum alter in cauſa & cauſis huiuſmodi, per ſe uel aliũ, ſeu alios, publice uel occulte, directe uel indirecte, quouis quæſito colore uel ingenio, in uilipendium litiſpendentiæ & Iuriſdictionis noſtræ, immo uerius Apoſtolicæ aut in dicti Domini Io. Reuchlin principalis, Iuriſq; ſui præiudiciũ & grauamen, lite & cauſa huiuſmodi ſic coram nobis indeciſis pendentibus, quicquam attentare, ſeu innouare præſumãt. Quod ſi ſecus factum fuerit, id totum reuocare & ad ſtatum priſtinum reducere & ad dictarum excommunicatiõis & aliarum cenſurarum & pœnarum DECLARATIONEM earumque aggrauationem reaggrauationem, interdicti eccleſiaſtici appoſitionem, ac auxilii brachii ſecularis ſuocationem procedere curabimus, iuſticia mediante. Da igitur Cope operam, etiam atq; etiam oro, ut Chriſtianiſſimus ipſe rex tuus, te monſtrante tuoq; ductu, me Chriſtianũ eſſe Doctorem, uel ex his Apoſtolicis ſententiis & inhibitionibus agnoſcat, & cogitet ſe fraudibus Pœnitentiarii ſui Parui, quippe Fratricelli ac de Fraterculorum numero deceptum, ſeductumq; fuiſſe, quo minus ipſe mihi ſuccenſeat, ſi præconia quibus Facultatem Pariſienſem huc uſque plurimum exornaueram dum mater erat, poſtea q̃ mihi uerſa fuerit in Nouercam, recantauero, & laudes Pariſienſium toto uitæ meæ tempore cum eorum ſumino uituperio recte mutauero. Eſt enim iniuſta Nouerca, ut ait Virgilius. Et Seruius. Hoc, inquit, perpetuũ eſt Nouercæ epitheton. Pro quo uelim ſimiliter expectẽt de me omnes Theologiſtæ, quos ego ueros eſſe theologos, licet deceptus, arbitrabar, male actæ uitæ ac uitiorum ſuorum immortale uituperium. De ipſis enim & ſingulis & omnibus contrariam Steſichoro Palinodiam, aſpirantibus Muſis agam, ut ſibi ab illis malis caueant omnes boni, & eiſdem eueniat Neoptolemia uindicta. Vale mi Cope, noſtri prælii armiger fideliſsime.

Henricus Glareanus Heluetius, Poeta laureatus,
Ioanni Reuchlin LL. Doctori S. D. P.

VELLEM ego iucundissime Senex, non Glareanum iuue nem imberbem insipientemq; sed Scipionem illum, Leli um ue tecum loqui, ut cum sis alter Cato, omnium uirtu tum specimen, non minus me tibi, quàm te nobis iucundum in telligerem. Ingemo ego uehemẽter stulticiam nonnullorum no strae tempestatis hominum, & q̃ sua non noscunt tempora Mæo niden. Estq; mihi ab his sæpe q̃ nomen & decus tuum defẽderim illusum. Quod equidem parui duco, habeant illi gloriolam talẽ, ne puero quidem appetẽdam. ἔχει θεὸς ἔνδικον ὅμμα. Scribo ad te ut dum Sulpitius Ciceroni, dum C. Cæsar Rempub. oppressẽ rat, clamarent in me quoq; si ullam haberent causam. Debebam me Hercule q̃ te iuuare non possum, uehementer dolere. Sed con solatur me inclyta tua grauitas, tam sublime ingenium, tanta de niq; sciẽtiarum omnium moles Zoilis tuis oppositа, ut neq; mea, nec pueri mei similis paucula opera, sed ne quidẽ aliorũ auxilio egeas. Vnum tamen scito, multos etiam tibi in urbe Agrippina esse amicos ὅτι αὐτῷ καιρὸς ἐν ὀργῇ αὐτῶν. Est in primis Iohan nes Cæsarius Iuliacensis, uir multa doctrina clarus, græce linguæ peritus. Est Hermannus Buschius optimo in te animo, qui quoti dianas rixas ob nomen tuum patitur, quiq; & si carmina in famo sum illum Tungari libellum coactus penè ediderit, tamen in his neq; nomen tuum posui- neq; offendere te animus fuit. Nam & duobus illis annis & hodie multa ob decus & gloriam tuam apud hostes quoq; claram patitur. Quæ mihi argumentum magnum præbent constantis amiciciæ. Immo uero miratur ille plurimum tuam modestiam, q̃ in Apologetico tuo libello tam benigniter eum & Gaudensem increpasti, qui maiore digni redargutione fu erint. Cum autem Iacobus ille Hochstrat sit eius in quo Gauden sis est Cœnobii Prædicatorum Prior (sic nanq; loquuntur) forte obedientia Gaudensis factum, non etiam carminum tenorem ex cusabit, quod ipse mihi suspirans professus est. Ortuinum autem etiam si uellem non possum non redarguere. Nam & ego iunior cum illi dissuaderem, ne crimẽ suum in te euomeret, in te (inquã) omnis doctrinæ parentem & decus nostrum. Tum quoq; quasi ad uersus ranam pugnans Homeri uersiculum subiunxi.

οὐ λήσεις γε θεοὺς φύσι γνάθε ταῦτα ποιήσας ποινὴν οὐ τίσεις.

Irrisit me homuncio, tanquam cõsilium iuuenile dediſſem, quod ſi erat non pœnitendum tamen euentus docuit, Cæterum Vniuerſitas aut noſtræ urbis ſtudiũ nil aduerſus te attentauit, ni Vniuerſitatem ſoli Theologi, ſi ſic appellari debeant, conſtituant. Sed hæc hactenus. Vnum tantum oro, ſi puer ſeni ſapiẽti conſilium dare debet, te conſoletur, & tuum & nomen & decus poſteritas nunquam ſilebit, gloriamq; tuam nulla delebit obliuio. Paucis etiam datum eſſe ad tale ſummæ ſapientiæ faſtigium, in quo deiecto Palinuro tanquam Aeneas clauum tenes, peruenire poſſe. Plurimos autem eſſe qui alienæ gloriæ inuideant, idq; exemplis tibi declarare, quid aliud quàm γλαύκα εἰς ἀθήνας. Vale nũquam intermoriture Senex, & literarũ decus. Agrippinæ ἐκ τῶν μουσῶν οἰκίου. Anno M. D. XIIII. Quarto Non. Ianuarias.

Iohannes Cæſarius, Capnioni ſuo Salutem.

DOCTOR Martinus Groningus patria Bremenſis, ubi ex Vrbe Coloniam rediit, ad me diuertit, atque per menſem fere in ædibus meis uerſatus & hoſpitatus eſt. Interim ne dies quidem fuit in quo non de te commentati fuerimus. Multi quoque ob eandem cauſam ad nos uenerunt, ut quanquam aliás certi eſſe poterant de cauſæ tuæ in Vrbe tractatu, ex illo tamen planius intelligerent, inter quos quadam nocte ſimul eramus præcipue Illuſtris Nouæ Aquilæ Comes, Iohannes Capellarius aliás de Regio Pago, & Henricus Monoceros aliás de Vueſalia, totam illam noctem tecum tranſegimus. Credo mi Capnion, neque fatis neque humano conſilio euenisſe, ſed diuina potius prouidẽtia, ut talis tantaque controuerſia inter te & Theoſophiſtas aduerſarios tuos ſuboriretur, quando alioqui quiſquis alius is fuiſſet præter te, ſuccubuiſſet omnino, & ſi non uirtute, multitudine tamen, & turba ſuperatus. Ita nec poteſt falli DEVS, nec fallit unquam.

Doctor Sesseler cũ hinc aliõ migraturus esset, id quod doléti aĩo fero, quippe qui uir est optimus & integerrimus, priusq; proficiscetur me commonuit, ut sibi uel epistolium aliquod ad te darem. Quod equidem feci q̃ libentissime, non tam eius q̃ & mea ipsius causa. Sic enim tibi semper commendari cupio. Reliquit & nos paulo ante Phugius noster, homo non tui modo studiosissimus, ut certe est, sed & omniũ doctissimorum hominum, ut & ipse est. Ei ad Pyrkeimerum nostrum, rarum inter germanos miraculum literas dedi, quibus & illi indicaui apud nos libellum Nazareni Theologi Cæsareæ Maiestati destinatum excudi, quẽ & adhortatus una sum, uti Dialogum illum Luciani de quo aliás mihi scripsit titulo Piscator seu Resuscitati in lucẽ tandem quãdo scilicet & ipse mores fere exprimit, quibus nostri Theosophistæ in doctissimum quenq; utũtur. Accepi ab Erasmo nostro literas his diebus in quibus tui quoq; mentionẽ facit, & de duobus opusculis a se cõfectis in tuam credo laudem. Itaq; ubique a probis amaris & coleris unice, unicum & singulare literarum decus. Vale. Coloniæ VI. ID. Septembris.

Hermannus Buschius Pasiphilus, Ioanni Reuchlin Phorcensi.

SALVTEM & optatam uictoriam, quam ominari & precari tibi non desistam, quoad eius te compotem effectũ cognouero. Quod spero etiam citius mea & omnium amicorum expectatione futurum, o si uideres nũc ora & uultus Theologistarum, talis est furientis inuidiæ species, talis est insaniæ delirantis uiua effigies, Inflatis buccis contrahunt supercilia, caperant frontem, lumina tragica quadam toruitate horrificant, pallent, rubẽt stupent, gemunt, stridunt q; dentibus. Quidẽ quod tanta bile tantaq; perturbatione concitantur, ut etiam impiis quandoq; uocibus non abstineant. Nam modo Reuerendissimum Cardinalem Grimanum ut indoctum cauillantur, modo ut semper suspectum infamant. Præterea audent aperte iactare peruersissimi homines nisi secundum se pronũciatum in Vrbe fuerit, ab ecclesia & summo eius Pontifice se defecturos, & schisma nouum suscitaturos. Alii ad futurum Cócilium prouocaturos se minantur. Alii dicũt

quicquid contra se statuerit Papa nullius momenti esse, neq; pro papa habendum eum qui ab se suaq; sententia dissentiat, tã cæca tam p̃ceps est arrogãtia istorũ, ut non pudeat etiam postulare ob noxium sibi Summum Pontificem esse, se palam oñibus ecclesiã esse dictitant, sine se in rebus fidei Papam nihil decernere nec posse nec debere conclamant. Nihil hercle secius aut honorificẽtius de summo Pontifice loquũtur q̃ de puero sub ferula adhuc uiuente, cui nihil nisi ad pædagogi sui nutum integrum sit aut liberum loqui. Mera deliramenta profecto, meras insanias deblatterant apud magnates suos, quos factioni suæ fauentes habent. Cæterum ad humiliores amicos mittunt Bidelli qui uocantur, & seculi sui infamia Pepericornus, hi passim (si Diis placet) in triuiis de sentẽtia Parisiensium disputant, cui refragari non leuius putant esse sacrilegium q̃ euangelium non recipere. Deinde quibus aurem his satis inebriauerũt, aliquod exemplar eius mox obtrudunt, etiam inuitis & aspernantibus plærisq;. Sic nuper festo die diui Matthæi quum processum tuũ & excõicationis contra Theologistas sentẽtiam ualuis cathedralis ecclesiæ hic affixam honestus quidã sacerdos legeret, & pugillares tenens, inde quasdam clausulas excriberet, idem nebulo Pepericornus suo Ortuino comitatus uenit clamitans. Eho tu quid illa spectas? quin tu potius ist hæc mihi legas, ostendens ei fabulam Parisieñ. quam ille auersatus. Pluris inquit literas facio Apostolicas q̃ priuatas. Tum iste. Tun' pluris audes facere Spirensis episcopi adhuc pueri sententiam, q̃ lxxx. Theologiæ Doctorum Parisiensium, qui (ut opinor) leporem quomodo caperet melius sciret q̃ istuc, quomodo diffinitiuam aliquã sentẽtiam ferret. Nec hic stetit furor dementis capitis, sed eo usq; proiectus est, ut etiam Summi Pontificis autoritatem per scelus & cõtumeliam ludificaret. Quippe executoriales illas cũ cepisset gladio lacerare. Quidam nõ uereris, inquit, censuras apostolicas. Ad eam uocem furens ibi ita statim cũ maxima uociferatione subiecit audientibus plus trecentis hoĩbus. Ego uero pili non facio oẽs censuras Papæ. O linguam sacrilegã, ferro candenti p̃cidendam. Si hoc impune aufert Pepericornus, plus certe sceleribus suis ille, q̃ boni uirtutibus suis debẽt. Pessimo sane exemplo ista impunita

relinquuntur. Sed de hoc Cerbero satis. Audi aliud. Videntes citatum Priorem suum Iacobum Hochstraten Reuerẽdum patrẽ Theodoricum Castrum ex professione fratrum Heremitarum diui Augustini Cyreneñ. episcopum,& Reuerend. antistitis Colonensis Suffraganeum,aliquot Prædicatores continuo adierunt, rogantes,ut eis utile aliquod in hac re consilium præberet,quibus ille,Nolite,inquit,a me nunc petere consilium,a quo nullum petistis quando ordiri primum hanc telam cœpistis,ite ergo & perte xite reliqua,sed sine me. Nuper apud BERNAM Heluetiorũ urbem fœdissimam hæresim excitastis,fortasse libẽter simile aliquid hic quoq; (si fors fuat) strueretis.Narrauit istud mihi Eugius nunc Subprior Augustineñ. qui tanti te facit,ut emori etiam pro te possit. Sũt & alii certe adhuc ornatissimi quidam ciues hic,nec illi pauci numero,qui causæ tuæ constantissime fauent. Quorum omnium signifer & dux est Franciscus cognomento Strusz, uir patricius & opulentus,expers quidem literarum,sed tamen acerrimus confutator tuorum aduersariorum,adeo ut etiam congredientem eum ipsi Theologistæ timeant. Speculum tuum ad uerbũ tenet memoriter,& semper in sinu gestat,tamq; in eo est exercitatus,ut nihil obiicere inimici possint,ad quod non promptissime statim ille respondeat. Vnus tantum est (q̃ sciam) ex optimatiũ factione tibi non admodum æquus,cui ut mussant quidam morigera solet esse illa bellula. Item Theologistæ, ut etiam comperi, Iacobo Hochstraten proximis diebus mille quingẽtos aureos per Trapezitas Romam miserunt,non ad uictum,qui Monachis tenuis esse debet,nec ad necessarias impẽsas litis,nam minore summula,ut reor,hæc administraretur. Sed quod uehementer suspicor & illis male uortat,ad faciendas largitiones,pro obtinẽdis auro suffragiis quæ iure non sperat. Nec interim hoc tacuerim. Quisa nouissima ista citatiõe,complusculi Theologistæ aduersæ factionis consternati uacillare primum, deinde etiam palam deficere cœperunt. Reliqui uero qui sunt huius rei capita, magis pudore & necessitate q̃ uoluntate resistunt. Quare bono animo esse impero. Videbis breui,mihi crede,fractũm & contusam omnium tuorum inimicorum nequiciam. Duo exemplaria citatiõis, quæ

supererant nobis, Monasterium Vuestfaliæ metropolim,& Traiectēn. celebrem in finibus Hollandiæ urbem per amicum fidelissimum misi,publice affigenda, qp illic Parisiensiū cœptam quoq; cantilenam dissem inatam ab istis Theologistis audiueram. Vale & me ama. Prid. Kal. Octob. Ex ædibus meis Coloniæ.

Ricardus Crocus Ioanni Capnioni
S. D. P.

ADEO te offendi mi Capnion barbaris meis & ineptis literis,ut nequaq; dignū Crocum existimes cui debeas respondere,an potius Tabellarii copia tibi defuit? quā ne causari quidem potes,pſertim cum Phorcenses aliqui,qui negociis S. Spiritus inseruiunt,serio affirment,non ignorasse te ad nos eos profecturos. Tu mi Capnion, si ullum sit in te amiciciæ specimen,nō sinas me tam diu carere doctissimis & iucundissimis literis tuis, quin facias potius ut de rebus tuis quas fœliciter succedere audio certior a te factus inimicos tuos enecem. Tu ut me eum esse putes qui te non modo uenereturſed etiam obseruet, hunc quartū THEODORI librum a nobis uersum accipies,in quo honorificam mentionem de te fecimus. Vtinam tibi inde honoris aliquid accedere posset. Reliquum est,ut me Roffensi commendes cui si fieri posset,uelim opus Cabalæ inscriberes. Quod si feceris, non modo magnificentissimo te munere donabit, uerum etiam rem ipsam tanti faciet quanti alius quispiam nemo.Quartum nostrum rogo diligenter euoluas, admoneasq; si quid non usquequaq; adamussim uersum sit, quicquid enim erit, tuo iudicio & cadet & stabit. Vale Lipsiæ.

Hessus Capnioni Salutem.

VIDI equidem & antea sciebam REVCHLINE doctissime (neq; enim sum tam negligēs gloriæ) quā tum isti personati ipostores,uel si mauis palliata mendacibula tibi studiisq; tuis molesti fuerint, neq; ob id querebar meis ad te datis literis in hūc usq; dié nihil te respōdisse.

Sed q̄ cupiebam omnino,uel mutuæ ſcriptionis uiciſſitudine no tus tibi fieri,uel quoquo modo gloriæ tuæ quam parare te uidebā hoc tam pulchro q̄ iuſto certamine calculum quoq; meum,ſi tibi moleſtum non uideꝝ,addere,& uelut preſſo pollice ſubſcribere. Poſtquam uero ita ſatisfeciſti meo deſyderio, ut nō ſolum alterū eorum,quod magnifaciebam,ſed utrunq; ſimul aſſecutus uidear, gratiam ago humanitati tuæ multo maximā,quam etiamnum me tibi debere,& antea quidem cognoſcebam,cum uideré tā fortiter te,tamq; animoſe contra ueræ ſapientiæ & communiū ſtudiorum crudeliſſimos hoſtes non ſolum decertare,ſed & decernere,remq; agere omnibus poſt nos ſeculis memorandam,qui ſolus contra tantam aduerſariorū multitudinem ſis auſus in aciem progredi,qui & progreſſus iam ſemel atq; iterum uiceris. Oſtēdi tuas literas quibuſdam hic bonis viris qui nō minus tuæ laudis ſūt ſtudioſi, q̄ aduerſæ factionis inimici. Et etiam, quod adeo mirū tibi non debet uideri,ipſorum quidam Theologiam profitentiū ſed non adeo penitus contemnendam ſicut iſtorum qui te malo iudicio condemnare uoluerunt. Sunt enim & hic quoq; boni & mali, ipſi autem illi quos tu non bonos ſed inter peiores minus malos appellas,pœnitere uidenꝝ q̄ Colonienſibus Aſinis & circunforaneis nugiuendis ipſi decepti potius q̄ inſtructi ſuffragium addidere.Sed ipſi uiderint.Tu uinces. Nos triumphabimus.Id enim futurum nobis polliceris. Sed & tu triumphabis. Latinæ ciuitatis ſenatus iam tibi Triumphum decreuit. Quid uero Gallorum rex, cogit ne exercitumꝝ tāquam bonæ literæ ſint armorum impetus et fugituræ. Non ſic impii,non ſic. Sed potius Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. Quid aūt ſi Gotos iterum reuocēt in Italiam,ut perdant omnem literariam ſupellectilem,& ipſi cum ſuis lituris & vncinis mercatoriis ſoli ſapere uideātur. Nos organa noſtra ſuſpēdimus,ſedenteſq; ſuper flumina Babylonis flebimus dū recordabimur Sion. Poſtquam uero conuerterit dñs captiuitatē Sion,rurſus conſolabimur,& venientes portabimus manipulos & ſigna noſtra cū exultatione. Quorſum uero hæcꝝ ut ſcilicet ipſis peculiari poëmate eorū uaniſſimos conatus derideré.Quid uero emaſculatis Gallis cū uiris fortibusꝝ nihil niſi ut temere fortaſſe

ſemel atq; iterum inſultent, tandem uero ſuccumbant, & criſtati eſſe deſinãt. Cum hæc ſcriberem humaniſſime Reuchlin, ita ſum ad metaphoram delectatus ut ſtatim adderem.

Semiuir inſultet Gallus licet armiger illum
Arripit, & ſuperi fert Iouis ante pedes
Iupiter omnipotens Gallum proſterne volentem
In tua ſacrilego ſcandere regna pede
At tu ſi dubitas Cybelen uiolare ſacratam
Pro Gallis Dryudas in tua templa refer.

Non tamen hi magnæ matris ſacerdotes Galli ſunt tanquam exectis teſtibus ad religionem coacti, ſed ſua ſpõte perſonam induti ſub pietatis præ textu latent, ut ipſi in uoluptatibus & delitiis habitantes, miſeram & facile iſtis aſtutiis credẽtem plebeculam decipiant, & uelut creditas ſibi oues ipſi fures & lupi rapaces, ĩmo inſatiabiles deglubãt. Hæc aũt de malis, non ſolum illis qui te, ſed & omnibus qui ueritatem conniuentibus oculis aſpiciunt dicta ſint. Bonis bene ſit. Malis aũt Deus malefaciat, & deleat memoriam eorum de terra uiuẽtium. Digni enim ſunt qui ab optimis quibuſq; odio habeantur, iſti non ſolum omnis ſapientiæ perſecutores, ſed & diuinæ religionis præuaricatores, Deus bone, & tamen non modo non hæretici ſed hæreticorum Inquiſitores uidelicet hoc facillime inquirunt; quod ipſis ſemper eſt in promptu. Quis enim nõ hæreticus ſacro ſancti Cõcilii ſtatutis refragetur? Verbum intelligis. Verum ego quãtum in me eſt egregie illis patrocinabor; & ita ipſorũ cauſam agam ut immortales reddam. Sed nunc mihi tempero, citharãq; ut iubes ſuſpendo, & Muſis materiã colligo, quæ tametſi iandudũ mihi eſt collectiſſima, addet tamen nonnihil iſtarum rerũ exitus. Coegi nuper iambos quoſdam ſatis feruentes in iſtos Coloniẽſes Diabologos, ita eũ tu appellas, & cogam multo plures & omnis generis, tibiq; tranſmittam, tunc cum tempus erit, magnum enim animum mihi facit q; neq; ſolus neq; alter futurus ſum. Spero eũ & Huttenum, & Buſchium, & Crotum, & Spalatinum, & tuos conterraneos Philomuſum & Melanchthonẽ, & præterea multos mecum futuros huius uictoriæ buccinatores. Et ego quoſdam hic Herfurthinenſes excitabo, qui mecum iſtuc tanquam crabrones

conuolantes ista terriculamenta & monstrosissima monstra ita exagitét,ut requies illis nulla prorsus nec terra nec mari relinqua tur. Tum Gallos,Francos,Persas,& si quid amplius uspiam est ma lorum nominum licet inuocent. Agite igitur o uos

Teutones emensi Latialia regna poetæ
Vestrum decus uiriliter defendite.
Impia molitur certamina Capniomastix
Tam nobilem ferens inique gloriam
Heu quibus ille odiis,heu quanta exæstuat ira
Vir barbarus,uir omnium stultissimus
Quod tibi cum doctis bardo signate cucullo
Hostrate nate pessimis auguriis
At uos Capnionem Vates defendite uestrum
Vobis comœdiam ille primus obtulit.

Ego autem quod reliquũ est,mi Reuchline,puto me tibi permagnam debere gra tiam,& certe non fallor,q̃ genti meæ tam antiquum & quasi ex chao attuleris præconium,& regem me alludente uoce gentilicia salutas. Rex igitur sum ego,sed admodum paruo contentus reg no. Quãto tu asseris,id esset uel imperatori nimium. Laudes autẽ tuas tãtum abest ut spernam ut eas uel meruisse me uel saltem ui deri meruisse in tacito sinu gaudeam. Quas ubi primum legi,sta tim sic exclamaui. Nunc ego non possum displicuisse mihi. Iudicio tuo non fallor,hoc est mihi tanquam Delphicum oracu lum. Tu humanissime CAPNION,tibi uelim persuadeas,me & esse tuum,& nihil esse cui magis applaudem in germania quàm tuæ penè diuinæ gloriæ. Constantinum tuum Spalatinus mihi monstrauit. Dii boni, satis mirari non potui. Optimum princi pem bono principi ostendisti. Oro te, data occasione semper ali quid ad me scribas. Sic enim me uel Endymionis somnium dor mitẽtem excitabis,& tibi reddes in dies magis obnoxium. Ego his diebus uxorem duxi homo iuuenis,qui hoc die quo hæc ad te scri bo,id est octauo Idus Ianuarias; uigesimum octauum annum æta tis impleo. Quod faustum fœlix fortunatumq; sit. Dominus cu stodiat introitum & exitum tuum,& tecum sit in omnibus operi bus tuis. Sit tibi Dominus turris fortitudinis a facie inimicorum

tuorum. Sic enim & christiane tibi & simpliciter absq; fuco precor. Vale ex Herphorthia. Anno M. D. XV.

Petreius Aprobacchus Ioanni Reuchlin LL. Doctori S.

NON ESSEM ausus, doctissime Capnion, lituris meis potius quàm literis te uirum amplissimum & si quando alias, nunc maxime occupatum conuenire, nisi id crebro a me contendenti Mutiano nostro Canonico apprime erudito & iuxta eloquentissimo, obsequendum fuisse censuissem. Ille enim si quid a me desyderat pro ea qua pollet autoritate non tã rogare quàm cogere uidetur. Cæterum ut libenter scripsissem quod me Hercule nisi inuita facere Minerua, non facerem inuitus, nihil tñ se scribendum obtulit. Laudare enim ut certe ab omnibus recte sentientibus laudatur, q̃ pro asserenda ueritatis dignitate contra transfugam Pepericornum & Pepericorni asseclas nullo uerito discrimine tam fortiter depugnas, cum adulationis quandam præ se ferre speciem uidebatur, tum uero mei uiriculas ingenii excedit. Quis etenim tam præclarũ facinus dictis adæquauerit? Adhortari etiã in tam sancto proposito ut perseueres nolui, q̃ non eram nescius delirare qui currentem incitent. Illud tamen forte tacendum nõ fuit, tot tibi è nostratibus studere hoies, de illis loquor quos Diogenes & Esopus paucos esse i balineo respõderũt, cũ tñ turba adesset multa quot alibi terrarũ nusq̃. Nã ut Mutianũ taceã uirũ maxia eruditiõe nec minore facũdia, quorũ merito apud generosissimũ sacri Ro. Imperii Principẽ diuũ Fridericũ plurimũ gratia ualet & autoritate, cui ad Cæsarẽ eũti, causam tuã impẽse cõmẽdauit, ut Spalatinũ & Vrbanũ omneis tibi ex literis cognitos, mihiq; amicissimos, ut Crotũ Rubianũ antistitis aulicũ. Ego qui his amicis meis cõiunctissimus oibus aliis rebus cedo, ne te amãdo inferior sim efflicti elaboro. Volo em̃ tã tibi esse addictus q̃ illis uitæ meæ testibus, rectoribus, magistris, Quo te noie rogo ut hæc nr̃a qualia cũq; boni cõsulas, meq; uicissim diligas. Nõ erit aspnabilis amicus Petreius q̃ nouus. Oẽs hoc ueteres tu fuerũt, nec q̃ infimatis, utpote quẽ Tritemius & Peutingerus, alter iter palliatos, alter purpuratorũ facile doctissimus admittere in amiciciæ participatũ nõ sint dedignati. Vale decus germanici orbis. Herphorthiæ.

¶ Petreius Aprobacchus Capnioni Salutem.

INCIDIT hac hora in manus meas diuini operis ueſtibulum à Galatino de Iudæorum peruicacia ex Thalmud conuincẽda in tui defenſionem compoſiti. Quod quo minus in præſentia accipias præpropere fecit huius nuncii abitio. Accipies aũt breui ab inſigni Iureconſulto Martino Groningo, mecum unà dignitatis tuæ ſtudioſiſſimo trans ſcriptum. Quandoquidem pro tuis erga Reip. literariam meritis ſtudioſos certatim omneis excubare decet, ne quid quod uoluptati uel utilitati tibi cedere arbitremur unquam omittamus. Sumus nãq; quotquot Palladiæ militiæ nomina dedimus non minus tibi deuincti q̃ ſummo alicui Imperatori qui in eius uerba iurarũt milites. Quis erñ hac ætate ſacroſanctam bonarum artium maieſtatem, aduerſus Sciolos aut fortius tuetur aut tueri melius poteſt Capnione? Sed rapit me aliõ eruditionis tuæ magnitudo, qui eo conſilio hæc exaraui, ut optabile tibi afferam nuncium prope diem ad te uenturi uoluminis Galatini tui. Cui⁹ ubi auxilia tuis copiis acceſſerint, periculum nõ erit, quin ad occidionem occidant aduerſarii, quos iam pridem temeritatis & ſtulticiæ ſuæ conſcios, de nulla re magis q̃ damnatione ſui cogitãtes uideas, ut nulli deinceps uelites, nulla leuis armatura optãda tibi exiſtat. Vale magnũ Chriſtiani orbis incrementũ. Tibiq; ac nobis diutiſſime uiue. Ex Vrbe VIII. Kal. Sep. M.D. XV.

¶ Michael Humelbergius Capnioni Salutem.

ETSI nunc ex patria mea, & ipſa Sueuia noſtra ut olim à Roma tam longe diſſita rarius ad te ſcribam, nihilominus tamẽ tui memor te ut ſemel fœliciter occepi uere diligo & amo uehementer. Siquidem & tua uirtus eſt & omnis ſacratioris diſciplinæ uaria eruditio, quæ me in amorem tui primũ illexit. Succeſſit neſcio quæ ſucciſiua opera mea quantumuis puſilla τῷ κατὰ τῶν μοναχῶν πράγματι ſtudio Romæ impenſa, quæ te mihi conciliauit, & magnam inter nos iucundamq; familiaritatem atq; amiciciã perpetuã conflauit, quã Hercle quoad eius licebit, licebit aũt quo ad uixero, ſanctiſſime colam & uenerabor. Quod ſi literis nõ ſemper ſignificem, nõ quia μανθρατόρως ſopitus dormiam, aut lethar

go ueterno ue laborem. Sed quia qui istuc cõcedat hinc φοίνικος ἀπιώτερος ἐστίν. Volo tamen tibi ex his saltem perspectum esse ὡς ἐκ τῆς ἀπόλλωνος τρίποδος. Proinde boni consulas uelim diu turnum silẽtium meum, pari calculo tuum susq; deq; feram. Certo persuasum habeas me μεχρὶ σοῦ totum tuum esse, ego interim etiam meo more te meum prædicabo. Quod ut tam uere quàm lubens faciam, literis tuis uelim admittas, quas harum tabellario ad me dabis. Scire autem peruelim, quid in negocio tibi ἀπὸ τῶν κυανολευκῶν κίονων exhibito tandum finitum sit, an in portum salutis & quietis secundo uento deueneris, & literariæ Reip. tandẽ restitutus sis nec ne. καὶ γὰρ τοῦτ μοι οὐκ ὀλίγην μέλῃ. Q te animi tranquillitate fœlicem maxime cupiam. Bene ualeas unicũ Suæ uiæ nostræ decus, & me mutuiter ut assoles ama, & literis oblecta. Rauenspurgi cursim. VIII. Kal. Iul. Anno M. D. IIXX.

Crotus Rubianus, Ioanni Reuchlin S.

IN LEGIBVS Solonis Aristoteles esse refert, si ob discordiã dissensionemq; seditio atq; discessio oriretur, ut populus Atheniensis in duas parteis scinderetur, & ob eam caussam irritatis animis utrinq; arma caperẽtur pugnaretur q;, tum qui eo tempore in eoq; casu ciuilis discordiæ, non alterutri parti sese adiũgeret, sed solitarius separatusq; à comuni malo ciuitatis secesserit, is domo patria fortunisq; oñibus multaretur. Decessere iam Theologistæ à Theologis eo animo, ut ciuili tumultu è re publica Christiana te eiicerent optimatem Theologum, propugnatoremq; ueritatis acerrimum. Ego ne fortunis meis omnibus, quia non minus est molestum caluis q̃ comatis pilos euelli, exuerer, iampridem te nesciente socium me tuarum partium addidi, quanquam longe terribiliora per Vulcani Neptuniq; minas, minantur languisugæ Theosophistæ, quæstores aliorum delictorum, suorum cælatores, q̃ si possessiones nostras per decreta suarum propositionum, cornutorumq; syllogismorum eripẽrẽt, quia sanctius honestiusq; duco in re honesta cum honestis periclitari, q̃ per improbitatem ad uictoriam adspirare cum fraudulentis, quorum mendacia uelint nolint, tandem aliquando notante mulgo in extrema parte nigre

ſcunt. Sed uellem dum immortales hoc tibi conceſſiſſent, ut uiros bonos agnouiſſes, improbos uero neq; agnouiſſes, neq; agnitus fu iſſes ab ipſis. Sicuti à ſole precari ſolebat Apollonius ille Tyaneus Profecto non impegiſſent te in tempeſtatem adeo turbulentam, nugatores Sophiſtæ, generatio praua, pecus exarmatum. Sed for taſſis per ſingularem prouidentiam ſuperum cœpta lis eſt, deſidi am ignauiamq; illi odio habent, ſicuti parentes liberos ſuos per induſtriam laborem uigilias ad gloriam, ita illi quos amát, uariis periculis temptaminibuſq; quos uirtus maior enitеſcat, exercent. Ni Ciceronem Clodius egiſſet in exilium, diem reditus pulcherri mum honeſtiſſimumq; non habuiſſet. Proſpera in plebem ac ui lia ingenia deueniunt, at calamitates terroreſq; excellentes aios quærunt. Magnus ſemper fuiſti & habitus es, poſtquá Parricidas cádidæ famæ tuæ, iudice uirtute, ſuperabis, tecum ipſe certabis cũ gloria. Vnde fortitudo tua cognoſceretur? niſi fortuna dederit fa cultatem exhibẽdæ uirtutis. Erit hoc quaſi actæ ætatis præmium ut patræ tot annis gloriæ monumentum laudis ſempiternum ac cedat. Nec uereor q; quaſi effœtis uiribus pugnæ minus ſufficias unus ad debilitandos conatus multorum. Videmus ſenem Entel lum ſtrenuum athletam apud Maronem. Cognoui generoſum animum tuũ alacrem pugnæ ex epiſtola tua Mutiano miſſa, quã rurſus ille uiſendã ad me trans tot arduos montes legauit, ut habe ret teſtem participem concepti gaudii. Vidi integritatem tuam Capnion. Vidi, & interpretando eam ipſam multis Theologiſtis Arnobardiſtis, Thomiſtis, Scotiſtis, Occaniſtis, Canoniſtis ſtoma chum moui, quod eo libentius feci, quo citius ad uomitum cum ſatellite ſuo Pepericorno perducantur. Scribunt quidem illi acci ti homine in te. Quid tum? caduca, ſubuentanea, momentaneaq; ſcribunt. Tua durabunt donec literis occupabuntur ſtudioſi lecto res. Non hic adulor auribus tuis, à quo uitio ualde alienus ſum. Iu dicium peritiſſimorum, non meũ, attigi. At dicet aliquis. Capniõ ſolus ne contra plures? quum ne Hercules quidem contra duos. Huic reſpondeo. Inimici Capnionis exarmati ſunt, ſonitu, nõ uer bere terrent, ut ueſpæ euulſis aculeis. Quibus ſi adimeretur ne ſup ſtitioſas anus atq; delirum uulgus nugis ſuis eluderent, contraq; re

cte sentientes concitarent, non amplius q̃ leo pulicem, eos formi darem. Verum si Diis placet, scribant, commententur, inuehant, propositionibus propositiones suas accumulent, dummodo sciãt tardæ & languidæ pecudes doctis se præbere materiam ridendi. Tu quoq; si uolueris, tibi non deerunt in respondendo auxiliatores. Habes doctissimum uirum Mutianum. Habes totum Mutiani ordinem. Sunt in eo philosophi, poëtæ, oratores, Theologi, oẽs tibi dediti, oñes pro te certare parati. Eobanum Hessum cæleste ingenium beat, scribit carmen summa fœlicitate. Vidisti credo eius ludicrum Bucolicon, in quo ostendit ille quid possit si uelit. In Hutteno meo exultat ardor & subtilitas, uno impetu conficiet aridum Ortuinum. Non attinet plura promittere. Manda & iube, quando uoles præsto erimus. Ipse in hoc collegio non habeo, arma Mineruæ, copiarum tamen tribunum me profiteor. Stant in corpore adhuc uires integræ ad algoris æstus, inediæ patientiã. Exercuit me fortuna ubi opus erit, mõtes uallesq; tuo nomine superabo. Ne se in hoc iactet solus Pepericornus tuus impius transfuga, ore uultu totius deniq; corporis habitu fœdissimus, ut recte impuram animam dignum hospitium inhabitare dixeris. Altero ab hinc anno multa de te cum eo locutus sum, ut quod obscœno corpore lateret, loquentis sermo mihi indicaret. Non recipit epistola, alioqui scriberem. Dedit literas Arnobardistæ, quibus ille tibi lapides è uia tollere præcipit. Alteras tuas quas tu ad eundem Arnoldum dederas, requirendas docuit Mogũtiæ à Chordigeris patribus, cum quorum præfecto nudipede in iurgium descendi, q̃ effutiret te Iurisperitum, falcem misisse in messem Theologorũ. Quodq; impietati daret, religionẽ nostrã abs te sectã uocatã, q̃réti mihi nil ꝓter hãc futilẽ obiectionẽ rñdere potuit obliuiosus Agaso circũforaneus. Sic se hẽt, eo demẽtiæ puenere oecæcati Torii, ut nullibi residere existimẽt theologiã augustissimã dñam, q̃ i suis obsoletis cœtibus, quam adeo inhoneste plærunq; tractant, ut putes pudicam matronam rapuisse in cœnobium meretricum. Eas literas, post domuitionem uariis amicis misi, uoluiq; per epistolam tuum mihi fauorem conciliare, sed impedimento fuere tanta itineris distantia, & nunciorum raritas hac in solitudine.

Nunc primum se nobis obtulit occasio qua tibi hæc extemporalia effundimus, quæ legas uelim sine iudicio, ac egregiam nostrã de te uoluntatem ne contemnes. Diis tibiq; thure sacrificauero, si me in album tuorum legeris. Hartmannus Iurisconsultorum nobilissimus, atq; nobilium Iurisconsultissimus, uir clarus, è familia Burggrauiorum de Kirchberg tibi plurimum fauet. Vale & salue VII. Kalend. Februarias.

Vadianus Poëta Laureatus Ioanni Reuchlin S.

VLRICHVS Huttenus, doctiss. Capnion, literis ad me suis Bononiæ datis honorifica tui mẽtione facta, quid Romæ proximis his mẽsib⁹ in illa tua causa actũ fuerit, adeo idicat fideliter, ut quãti te faciat, ipsa sua uerba haud obscure testẽtur. Is Romæ tota propè æstate, ut intelligo, moram traxit, literarum & in primis noscendi Iuris gratia. Sed lite quadam inter se & Gallos aliquot ob res Germanorum exorta, uno confecto Gallo, reliquis autem misere fauciis, Bononiam petere coactus est. Illic fortassis diutule mansurus. Quanto uero me gaudio afficiat, omnis illa fama, quæ uictoriam innocentissimæ uitæ tuæ, contra Stoicorũ istas Simias, adiudicat, non facile scripserim, ac ne dixerim quidem si coram essem, testis enim esse possum uel posteritati, quoniam altissimum illud tuarum doctrinarum ocium, tam præcipiti molestiarum & perturbationum impetu non dignum extiterit. Cunq; doleam persæpe de multis, istud nunq; non grauate tuli, q̃ homines illi quorum stipendiis inuidia militat, tantas in re tanta tragœdias mouerint, ut res tota tot iudiciorum censuras, magnorum etiam iudicum consensu, sustinuerit. Imponet his finẽ Romanæ Sedis autoritas, tot uitæ tuæ & eruditionis præconibus munita, inter quos ERASMVM ipse Roterodamum adeo libenter accipio, ut nihil magis. Ego quantulacunq; doctrina ac ingẽnio, id moliar ut uel meo iudicio Capnioni debuisse studiosos ostẽdam futura secula agnoscant. Excudetur iam nunc à me scriptus de poetica libellus, in quo meritissimam laudem tui locis oportunis inserui, meam in te obseruantiam hoc ipso testaturus, eius tibi copiam breui faciã. Vale, & scribe. Viennæ. Anno M. D. XVI.

Mutianus Presbyter, Ioanni Reuchlin S. D. P.

ADEPTVM te credo quod amplitudo tua meretur ſecuri tatem & otium, ut liberius philoſophari & infinitis homini bus tui planè amantiſſimis bene ſcribendo opitulari poſſis Scribunt enim ad me qui Romæ in forenſi puluere inter notiſſi mos Rabulas ambitioſe litigant, fauere tibi doctiſsimos quoſq, probari plurimis tuum conatum etiam Monachis, & quod mira biliter mihi ſuaue eſt, qui olim Dominici Fratribus ſtudebant er rantes ob orthodoxorum nimiam credulitatem, nunc authorita te tui nominis impulſi, non (inquiunt) eſtis uos Prædicatores pro pterea q deformaſtis uocabulum maledicendo, ſed potius obtre ctatores. Neq; ego non noui complures qui te ſanctius diligant & cum pietate colant, q̃ ſuas cerimonias & inſtituta. Nobilis enim ueterum doctrina te ducere ſurgit. Ad me quotidie confluunt bo ni adoleſcentes; quibus CAPNION eſt in ore & in pectore, hic ſeſe græcum probat, ille hebraicas & uere arcanas literas admirat quantum a præceptoribus inſulſis ad nugas trahuntur uel emen das uel diſcendas, tantum utroq; pede reſiliunt ad ſequenda ueſti gia ſpectabilitatis tuæ. Q; ſi uacatione recuperata docere uelles q̃ cumulatiſsime didiciſti, mitterem ad te optimos auditores. Nup Crocus Britannus (qualem ipſe ſe facit, quanq̃ ob linguæ mobili tatem & mores græcanicos uideatur eſſe græculus, nam Theocri tum iucũdiſsime legit, & cum gratia balbutit) cum apud me quie ſceret, & Grocinum & Aleãdrum, & neſcio quos magiſtros lauda ret, deeſſe ſibi dixit hebraicam ſapientiam quam omni uia proſe qui uellet. In eodem ſunt propoſito Phædrus hic cuius epiſtolam exhibeo, & multi diſcretiſsimi iuuenes. Ego uero rationem cõſti tuendæ bibliothecæ peto, & niſi properarent tabellarii, uerboſius id ipſum a tua excellentia contenderem, cui ſi fortuna non deeſt nihil deeſt. Quid enim uir ſapientiſsimus ac diligentiſsimus præ ter fortunam requirat, non uideo. Vale. Dat. Idib. Septemb.

Petrus Moſellanus Ioanni Reuchlin S.

EQVIDEM uellem uel ipſe exploratum haberes, Optime Capnion, q̃ te etiamdum inuiſum, non ſolum ardenter amẽ colamq;, uerũ & magno cum ſtupore admirer, uel mihi tan-

ta uberis eloquentiæ ſupellex ſuppeteret, ut animi mei motus uer
bis exprimere liceret, uideres ſanè, uideres in pectoris noſtri inti
mo receſſu uiuam quandam tui ipſius imaginem. Adeo enim eru
ditio illa tua ſublimis & diuina me cepit uir omnibus numeris ab
ſolutiſſime, ut quanquam in aliis ferè omnibus νυσάζειν conſueui,
ubi tamen de Capnione facta fuerit mentio (id quod nuſq̃ non
fit, niſi ubi docti ſunt nonnulli) non aliter ſoleam ἐγκυπρεῖσθαι καὶ
σὺν νοῦν πεσσέχειν q̃ apud Platonem tuum φιλόλογος ille iactabun
dus Ion, Homeri uatis audito nomine, ac in eiuſmodi cõgreſſibus,
dum quiſq; pro ſe Capnionẽ laudibus attollere conamur, uſu pla
runq; uenit, ut pro Encomiis ſilentium afferatur. Et iuxta Muſo
nium philoſophum tuæ doctrinæ admiratio ſumma ſilẽtium pa
riat. ita, ut quod Homerus de Phæacibus Vlyſſis narratione in ſtu
porem adductis cecinit, nobis quoq; accõmodare queas. οἱ δ' ἄρα
πάντες ἄκην ἐγένοντο. Tu enim ille es CaPNion, in quo uetuſtus
ille Pythagoras reuixit, in quo Plato reuiguit, in quo diuus Hiero
nymus refloruit. Breuiter, quicquid uſquam gentiũ philoſophiæ
olim erat in precio, in te uelut renatum miratur mundus. Neq; ue
ro ex amore hæc profecta putes, cui ut Muſa ruſtica canit πολλά
κι τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφαντ. Imo ex ſyncero animi iudicio p
manãt, lõgeq; minus ſecũ efferũt q̃ de te i hoc pectore ſit recõditũ
Vt aũt tibi aduler, tñ abeſt ut quẽ admodũ Achilli Homerico, ita
ἐχθρὸς κῶ μοι κῆνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν
ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ. Quod ſupereſt
ſalutem tuis mihi uerbis attulit Ioannes Phorcenſis, eius ſectæ ſa
cerdos quæ Sancti Spiritus cognomine ſibi placet, pariter & te q
non literarum officio reſpondiſſes, nõ ſine meo rubore excuſauit.
Cur enim homo iuuenis uix dum uagituum oblitus nõ erubeſcẽs
agnoſcerem mihi à te uiro præter ætatem canicie uenerandam,
omnibus etiam decoris ornatiſſimo tantum tribui, ut non ſolum
ſalutare digneris, ſed & ſollicitum te oſtendas, ne in tuo ſcribendi
officio ceſſare uideare, quin ipſum me frontem perfricuiſſe appa
ret, qui te omnis eruditiõis principem altiſſimis Hebræorum my
ſteriis in lucem eruendis occupatum, ad pueriles meas literas ue
lut nuces iandiu relictas publici commodi iactura reducere con-

tẽdam. Sed quæ tua eſt laudatiſſima facilitas, ſi non nobis, noſtro certe erga te amori Mi Capnion ignoſces, qui quo eſt ardentior, eo abſurdiora quaq; audere conſueuit. Bene uale ſplẽdidiſſimum ueræ philoſophiæ Lumen. Mittimus unà cum his literis opuſcula quædam Baſilii, noſtra nuper induſtria latio donata, cum aliis quibuſdam, quæ ut huius ingenioli primicias, læta precor fronte ſuſcipias. Iterum uale. Salutant te hic omnes boni & docti. Lipſiæ Nonis Ianuariis. Anno M. D. XVIII.

Henrichus Stromer Aurbacchius, Medicinæ Doctor,
Iohanni Reuchlin Phorcenſi LL. Doctori
S. D. P.

NE MIRERIS uir eloquentia atq; iuris prudentia abſolutiſſime, q̃ ego tibi incognitus incultis uerbis audeam tuis terſiſſimis auribus obſtrepere. Id enim euenit, non ex temeritate, ſed incredibili & flagrãti noſtro erga uniuerſos eruditos homines amore. Es enim homo ſyncero amore & ſumma ueneratione digniſſimus, qui primus hebraicam linguã ſolute hactenus ac ruſtice ſtridentem, donec abs te legibus dicẽdi ſubiiceretur, grammaticis nodis apte & concinne perſtrinxeris, tam aperto artificio quod uel mediocri ingenio præditus ſuo Marte tuis ex præceptis perdiſcere ualeat. officium certe cunctis mortalibus, obuiis ulnis excipiendum, cum ſumma gratitudinis relatione. Taceo q̃ bene meritus ſis de latina gente tuis multiuariis poematibus admodũ ornate excuſis. Nam quoties tua intueor ſcripta, id de te iudico quod longe eruditiſſimi uiri omnes. Ignoſce q̃ me doctiſſimis annumeraui. Iudicat autem doctus eruditorum exercitus nõ minus recte quàm uere, te uniuerſam Germaniam atq; etiam Latium, Græco, latino, & Hebraico ſermone tribus ſummis eloquiis iſtis illuſtraſſe. Camillum profecto omnium ſententia in Germania refers. Tu qui bonas literas cadentes & marceſcentes in priſtinum nitorem ſuſtuleris. Solus omnibus germanis ingenii decus & gloriam præfers. Solus Germaniam literis ubiq; gentium ornas. Itaq; magna tibi debet Germania, qui unicum germanicæ uirtutis ſis monumẽtũ. Merito igit̃ Germãi tuas deplorãt aduerſitates.

Aequissimo iure aduersus tuum nequissimum hostem, tui causa inirent sanguinolentum prælium, q̃ is infamis famicida, iuris & æquitatis atrox Prævaricator, tuam uenerandam senectutem, famam puram, præclarissimam doctrinam calumniatur, lacerat, & pedibus subdere nititur. Vtinam ima tellus dehiscat, & tinctum Iudæum deuoret, atq; etiam atram Pseudotheologorum aciem, & erumnosam Fraterculorum conuentionem, quod inutile ignaũ atq; atrocissimum genus hominum, crudelem tuum calumniatorem fouet, aduersus te iniustissime subsidia ei ministrat, ut ob uirtutem oppugneris, quod penitus meum cor exulcerat. Sed latius q̃ epistolæ modus poscit, euagatus sum. Tu ob singularem quo te prosequor amorem, nostram garrulitatem æquo feras animo, & animi affectibus tempera. Deus solus iudex æquus eo uertet, ut iniustos tuæ nobilis famæ hostes deuincas, quod etiam atq; etiam tibi precor. Hoc unum te nescire nolo. Tui honoris lupum nouas quasdam ineptias quibus tuam famam demetit congessisse, quas Archipræsuli Mogũtinensi, Mademburgensi, Halberstattensi &c. æque potenti atq; iusto Archeprincipi domino meo clementissimo dicauit. Speras eo, & odium principis tibi excitaturum, & subsidium ab illustri sua gratia se aduersus te impetraturum. Aderam fortuito cum ille futilis libellus detractorius offerretur Principi, & una cum nonnullis eruditorum defensoribus sententiam interposui, adeo ut Princeps nec librum, si qua alioqui decuisset gratia, acceperit, & latorem inauditum insalutatumq; abegerit. Quare tibi persuadeas, & Archipræsulum meum, tui amatem esse, & graiter lacerationem tuæ famæ ferre. Croto tui honoris sedulo propugnatori libellum tuæ dignationi mittendum tradidi, ut te eo melius defendas. Quod si ab his calumniis ullo modo te uindicare quirem, credas omne tuo nomine subirem onus. Non me Hercule aliquod maius beneficium me in te conferre putabam, q̃ ut tuum honorem pro nostro amore qua possem fidelitate defensarem. Cæterum quo planius tibi innotescam; meas ineptias quas aduersus pestilitatem edidi simul ad te mitto, non q̃ ducã eas tua lectione dignas, sed ut tuam limam subeant, & meum singularem erga te amorem testentur. Oro igitur, nostram amicitiam nõ ex

plodas,& nos tuis amicis connumeres. Vale fœlici auſpicio literarum decus,& me te amantem redama. Prid. Kal. Septemb.

Hulderichus de Hutten, Ioanni Reuchlin S.

PER, te, caput tuum oro, per ſiquid hoc charius utriq; noli triſtia ominari nobis. Quid enim iſta ſibi uolunt? ſin breui moriar, ſatis tibi reſpõdebit uirtus tua. Noli me terrere obſecro. Noli ipſe imponere neceſſitatem tibi, & illum refer animum quo ſolitus es ferundis aduerſis uti. Multos ultro ferocientes formidoloſus dux milites his querelis emollitos reddes. Ne tibi deſis. Ne ardẽtibus pro te muliebre iſtud obſtrepe ſin breui moriar. Immonõ moritur qui ſic uixit. Iſtis enim annis quicquid addes, lucro ac ceſſerit. Gloria abunde eſt. Sẽſiſti uiuens ea de te teſtimonia, quæ paucis prius mortuis cõtigerunt, ac ipſe poſteritati interfuiſti tuæ. Quod ad me attinet, ſatisfactũ meo in te ſtudio arbitror, uel hoc ſolo quod inter Reuchliniſtas numeratum haud obſcure me uiderim. Proinde cõfirma te fortiſſime Capnion. Multum oneris tui in noſtros humeros translatum eſt. Iampridem incendiũ conflo, quod tempeſtiue ſpero efflagrabit. Ipſum te quieſcere iubeo. Eos mihi adiungo militiæ ſocios, quorum & ætas & conditio, pugnæ generi par eſt. Breui uidebis lugubrem aduerſariorũ tragœdiam è ridentium theatro exibilari. Hæc diuerſa opinante te molior. Neq; enim de me ſi recte ſuſpicareris, iſta ſcriberes. Noli deſerere cauſam ueritatis. Egon' deſeram aut hanc aut te huius ducẽ? Modicæ fidei Capnion. Q̃ non noſti Huttenum. Immo ſi tu hodie deſeras, ego iſtud (quantum per me fieri poterit) reſtituã bellum, nec mihi ignauos cœptorum comites arbitrare. His ſtipatus conſortibus ingrediar, quorum unumquenq; huic colluuioni ſatis futurum putes. Capnionis præconium per ora uirum uolabit. Feres ipſe & hinc & aliunde ingentem laudem extra periculum ſecurus. Hæc uolui ne ignorares. Vale, ac integrum te nobis ſerua. Iterum uale. Bononiæ. Idib. Ianuar. Anno M. D. XVII.

Cunradus Mutianus Decretorum Doctor, Cunrado Peutingero Auguſtano.

NISI angusto temporis spacio septus essem, ostenderem tibi facundissime Iurisconsulte, pluribus uerbis plenam pietatis erga te uoluntatem. Velim igitur, ut paucis agam, tibi persuadeas me tui esse amantissimum, propter ingenii tui dotes, & generosam ac multiplicem doctrinam. Quod superest certemus inter nos officiis mutuæ charitatis, atq; hac præfatione contentus, puto me non infirmum ad amiciciam gradum feciſſe, ſi ſtudiorũ ſimilitudines conciliant (ut certo conciliant) animos. Salutaui hac hora numen meum principem doctissimorum Fridericum Delectorem Cæsaris Augusti, & quod ad te daturus erat literas, non potui non aliquid attexere, quamuis triste quod uel festo die exultãtes confunderet. Aiunt & quidem publice, Ioannem Reuchlin uirum summo ingenio, singulari doctrina, philosophum præclarũ, Iuris & eloquentiæ consultum, de bonis literis optime meritum, postulatum esse diuinæ læsæ Maiestatis. Vah, tanti est uilis transfuga Iudaici sanguinis, ut Theologorum examen indocto, fallaci insidioso faueat. Proh Deus immortalis leuissimus ἐνδοχειστώσης tantas turbas? tantas ne tragœdias? Non feram, quantum in me est, non feram, tam etsi probe noui q̃ sit mihi curta supellex, tantũ Germaniæ lumẽ indicta causa extingui. Quasi uero Ioánes nõ habeat sententiæ suæ subscriptores bis mille. Illud à te peto, ut patrocineris pro uirili tua uiro eruditissimo, qui priscam Theologiam & Platonicos renouare pergit. Non ideo Antichristi præco, nõ in Christũ impius. Licuit in Iure ciuili Flauio scribæ cornicum oculos configere, liceat etiam Ioanni nostro hanc Agyrin tangere, salua salute & facultatibus. Finem dolor facit, & iam Degenhardus festinat. Vale. Gothæ raptim. XVI. Sextil. Anno M. D. XIII.

Chunradus Peutingerus Augustanus, Cunrado Mutiano Iurisconsulto.

EPISTOLA tua ad XVI. Kal. Sextil. data, multa me iucunditate affecit, cum quod elegans & erudita, tum etiam tuum erga me amorem, simulq; dolorem communis amici nostri Ioannis Reuchlin Capnionis conceptum à te insinuans. Ego ut tibi amore mutuo respondeam, quid dicam nõ satis habeo, amas me non meis meritis, quia tibi nulla impendi, non etiam eruditione

mea,quæ tenuis admodum, quid tandem? Singularis illa tua est beneuolentia & humanitas,quibus me complecteris. Agnosco pietatem tuam erga me charitatem, studium atq; fidem. Ago non solum tibi gratias,sed & referre curabo cum primũ licuerit, & ut cito liceat opto,meq; tui obseruandissimum diiudicato. Perscripsit ad me illustrissimus Princeps tuus,immo meus,Maiestas bene agentium,& præcipue eruditorũ & numen. Si dudum Germania nostra hos & similes congerminasset flores,consultum fuisset bene & maioribus nostris & etiam posteris. Ex Germanorũ enim gestis,facile perspiceremus multa,q̃ decori eorũ & exornamento accederẽt. Hæc torpore alias & desidia & incuria obliterata iacẽt. Capnionẽ nostrum læsæ Maiestatis diuinæ postulatum nondum intellexi. Cõsultationẽ suã super Hebræorũ libris,an cõburẽdi sint nec ne,ut nosti,defendit. In eũ inuectus est Arnoldus Tũger, theologus profundissimus,& Laurentianæ Bursæ regens primarius,ita eũ se appellat,arrogantis tituli,uel ut potius dicã petulantis,pter Theologorũ officiũ,quorũ uirtus,humilitatis noie à Christianis p̃dicari deberet. Et ut Pythagoricorũ Academicorũq; p̃ceptione cõtinetur nunquam uel raro docere,doceri semper uelle, iudiciũ odisse,silentiumq; amare. Obmitto q̃ Theologus non lacessitus, accusatoris partes & iudicis assumpsit. Si contra Capnionem agẽdum in iure,& apud suum iudicem concertasset. Refert Vlpianus prætorem edixisse,ne quid infamandi causa fiat, si quis aduersus ea fecerit,prout quæq; res erit animaduertã. Generaliter autem uetuit,ne quid ad infamiam alicuius fiat. Pulchrum erat & iudicio meo necessarium, Capnionem (si modo deliquisset) Arnoldus & complices sui populariter iudici debito denũciauissent,occasio data non fuisset ut denuo Capnion,honori suo cõsuleret,sed qua animi synceritate uel etiam boni Theologi officio contra Capnionẽ pro Iudæo christiano nouo inceptũ actũq; sit,qui legerit scripta formis excusa atq; emissa,facile cognoscet. Capniõ Arnoldo denuo respõdit lacessitus nõ solũ,sed & coact9. Cæsar ante nup q̃ Augustã uenisset,Capniõis excusationẽ p̃humaniter,ut solet,audiuit. Et literas, quas inhibitorias appellant ,decreuit. Et,si mihi recte relatum est, iniuria ut omni sublata,iure manus consererent.

Hæ uero an emissæ fuerint, nondum compertum habui. Si quid aliter constitutum uel decretum in eum fuisset, hactenus credo intellexissem. Amo, ueneror & obseruo uirũ, summa uitæ & morũ integritate, maxima quoq; eruditione præditum, cui pro facultate mea non deero. Dedi nuper Beato Rhenano & amico & perdocto Paulum Cortesium Romæ formis excusum, ut denuo imprimeretur. Scripsit is in Sententias christianas accuratissime stylo politiori & latiali. A Gallis uero quæ Laurentius Valla in Testamentum nouum annotauit, quæ ue etiam Iacobus Faber Stapulensis in diui Pauli epistolas cõmentatus impressa circũferri solent. Profecto iudicio meo nõ uulgaria, sed multæ doctinæ & remotioris. Hæc scribo, q Capnionem ipsum philosophum præclarum Iuris & eloquentiæ consultum commendas. Adde etiam si uelis Theologum eloquentem. Opus suum Verbi Mirifici, & cætera prisca christianæ eruditionis monumenta Hebraica atq; græca pulcherrimo uerborum nitore & sententiarum grauitate non præcio uel aliquo auariciæ studio, sed pietate qua christianæ religiõi studet motus contexuit, atq; interpretatus est. Vtinam Philosophi, Theologi, & omnes alii qui liberalia studia se profiteri dicunt uocabulis sordidis plebei sermonis ferè & sophisticis argumentationibus non necessariis, reiectis atq; confossis, senticosis captionibus & cõfragosis abstinerent, bonis & syncetis mentibus agerent, & castigãda si qua essent, pie, fide debita & summo iure castigarent, fugerẽt atq; dispuerẽt bonarum literarum insciciam noctuinam, bene & melius gererentur omnia. Sed sunt homines plærique in humanas & politiores literas, ita male animati, ut philosophiã humani atq; diuini iuris sapientiam uel alias etiam scientias nec latine dici nec explicare posse non ob linguæ egestatem (licet barbara & non latina in dies fingãt uocabula) cum alias latialia ad promptum haberent, si modo ea perspicere & cognoscere uellent, uel etiam possent. Sed humanas dico literas ut harum ignari, doctrinas maiores impedire putant. Isti sunt utiq; furoris & inuidiæ iacula, turbidorumq; affectuum ut scribis fulmina & tonitrua, quibus bonis aliquando auersis & perterrefactis, soli rerum potiri gliscunt. Vbi illa Hieronymiana, Ambrosiana atq; Aureliana eruditio? Quis ex

tis Hilarium Pictauorum episcopum. Leonem Pontificem Maximum, Cyprianum martyrem, Lactantium Firmianum, Florentem Tertullianum, Aurelium Prudentium, Prosperum Aquitanicum, Ioannem Damascenum, Cælium Sedulium, Iuuencum Hispanum, Aratorem subdiaconem, Seruium Sulpitium, Gregorios utrosq; Nazianzenum & Nyssenum, Basilium, Athanasium, Origenem Adamãtinum. Vel ut de nostris dicam Mirandulanis comitibus, Iohannes duos Picum & Franciscum eius ex fratre nepotem, Marsilium Ficinum, uel alium quemuis politioris literaturæ Theologum imitabitur? Pauci suspicor. Prisca illa christiana eruditio quasi semper eloquentiam ipsam cum diuina illa sapientia coniunctam habere uoluit. Sed longior apud te sum uirum eruditum, non solum de bonis literis, sed & iuris humani atq; diuini scientia benemeritum, & uitæ dexteritate accumulatim exornatũ. Capnioni de tua in eum humanitate referibam, & cito. Spero hũc tibi, & merito, gratificari. Illustrissimo nostro principi duci Friderico & uere nobili, comunicq; patrono nostro Degethardo Pfeffinger humiliter me & à seruitio commendes. Vale amicorum optime. Ex Augusta Vindelicorũ. VIII. Kal. Sextil. Anno M.D.XIII.

Oecolampadius Capnioni S.

ORNATISSIME Reuchlin. Si bene tecum aguntur omnia, nihil est quod me magis audire iuuet. Ego quidem non poia laudatis auspiciis Basileã migraui. Nã pter literatorum cõsuetudinem haud omnibus modis cætera uotis respõdent. At præstiterit aliquando è natalibus erepsisse cunabulis. Bruno Amorbacchius uxorem duxit opulentam. Erasmus ante paucos dies hinc soluit, nunq; de te nisi honorifice & amice coram nobis locutus. Beatus beate uiuit. Capito uero non dimidium uiræ, aut alter ego, sed plane ipse ego rebus in omnibus. Magno desyderio tenetur disputationis immo epistolæ Græcorum ad Conciliũ Basilienſe περὶ πυρὸς καθαρτικοῦ, & ego non minus. quandoquidem meus liber periit, nihil poterit Capnion utriq; gratius facere q̃ uotis nostris adnuere, & uel descriptum uel describendum mittere. Philippus Melanchthon ille noster ubi agat scire uelim;

an apud te resideat, an Saxoniã ingressus sit. Ego corpore eũ sequi non possum, animo sequar & literis. Mitto ineptias meas, libellũ de Risu Paschali, item Dragmata græcæ literaturæ, q̃ amicorum impulsu edere coactus sum. Tibi cũ usui futura esse nõ possint, q̃ scripta fuerunt, pueris Michaeli Creberio munus meo noie cõmẽdes. Literas in patriã perferendas curabit Michael. Tu uale fœlix, uictor, triumphator, Deo non minus q̃ studiosis charus. Basileæ.

¶ Volphangus Fabricius Capito, Ioanni Capnioni S.

NESCIO quid de purgatorio, contra Latinam ecclesiã ad Conciliũ Basiliense retulisse Græcos Oecolampadius noster narrauit. quod olim ipse à quopiã excripsit peregrino, id ei aut furto, aut incuria, aut occasione frequentis migrationis interiit. Tu hoc tempore, optime Capnion, nihil potes utriq; gratius p̃stare, q̃ illud apud te curare excribendũ, siue nobis tantisper conniuere, mox reddemus certissima fide, & cum fœnore, hoc est una opera nos obligatissimos, tibi multo arctius deuincies. Vale. Basileæ. Prid. Non. Septemb. Anno M. D. XVIII.

Liftrius, Ioanni Reuchlin S. D. P.

Τίς οὗτος φίσεις; Nempe tuus & admirator & amator & discipulus. Admirator, ob inauditã & incredibilẽ multiiugarum rerũ sciẽtiã, linguarũq; peritiã. Amator, ob singularẽ humanitatẽ quam mihi Erasmus ἐρασμιώτερος ἐκεῖνος adeo deliniauit colorauitq;, ut nullus Apelles melius. Discipulus, ut qui ex tuis grãmaticis ἀφώνοις διδασκάλοις rudimẽta primũ linguæ hebraicæ iecerim, alioq; fructus Iudæos auditurus. O doctissimũ pectꝰ, & uere plus q̃ humanũ, in quo præter illã peculiarẽ linguarũ noticiam, ipsæ Musæ, ipsæ leges, ipsa philosophia, ipsa denicq; theologia, sibi arcẽ posuere. Nã humanitatẽ, cõstantiã oẽmq; istã uirtutẽ, quis tandẽ nõ est expertus? Et erunt, erunt inquã, qui tanto heroi tã diu negociũ facessant. Me miserũ. Tam cæcã inuidentiã esse, ut illud lumẽ extinguere conẽt, quod oĩbus seculis (ὁλκῷ ἥλιος πρόσω τοῦ γῆς φῶς, νομφόλαμπος θεὸν, καὶ ἐνθουσιάζεσθαι, καὶ ἀληθῆ ἐκεῖνο ἕνεκα προλέξῃ) instar Phœbeæ lampadis luminabit. Desydero in hac re

Principũ diligentiã, requiro Christianorũ & præsertim Germanorũ zelũ. ἐν τῷδε δὴ κάμνουσιν αἱ πολλαὶ πόλεις ὁτάνπερ ἐσθλὸς μὴ πρόθυμος ἀνὴρ, μᾶλλον φέρεται τῶν κακιόνων πλέον. Iam audio, etiã si diis placet Pepericornũ, cũ quo sæpe mihi tuo noĩe Coloniæ res fuit, ex scelerato Iudæo sceleratissimũ Christianũ, si mõ talia portẽta hoc noĩe digna sint, librũ edidisse lingua germãica, in quo tũ in oẽs literarũ cãdidatos, tũ in te & Erasmũ proceres & literarum numina mirifice bacchet, quẽ equidẽ fustibus, lapidibus, & carnificẽ, nõ libris uicissim cẽseo arguendũ. O mores nostri seculi, quod talia mõstra fert. Hic γραμματοφόρος putauit meã cõmendationẽ apud te literarũ noĩe aliquid ualiturã, quare tuã humanitatẽ etiã atq; etiã rogo, ut ne sua spe fraudet, sentiatq; se à me exaio cõmẽdatũ, est probus, & tũ oĩm doctorũ, tũ tuæ & Erasmicæ eruditiõis mirus admirator. Peto præterea, Buschium tuum per literas admoneas ut me amet. Vale. Suollæ.

Hieronymus Ricius, Pauli Ricii Israelitæ filius, adulescens, Ioanni Reuchlin Phorcensi S.D.P.

QVONIAM parũ refert uir spectatiss. non uidisse oculis, quẽ celebri fama cognouimus, nihil terreor si tibi tanq; fama ferente cognito scribã, quo cũ præsens nihil unq; cõicauerim, & potissimũ ubi occasio est literas ad te dãdi. Occasiõné aũt attulit clarissimus uir Cõrad⁹ Peutinger, qui Iras tuæ dñationis ad se datas perq; elegãtes & doctissimas mihi lectitandas tradidit, ut ex eisdẽ intelligerẽ, q̃ præclare de parẽte meo & loquaris & sentias. Id quod cũ uidissem me miro affecit gaudio & uoluptate. Quid enim potest esse iucundius, quid ue præclariusq; ab illis probari qui sunt omnium laudarissimi. Essem Hercle mortalium omnium ingratissimus, nisi forem tibi perpetuis temporibus cũ omni humilitate dedicatissimus, nisi ingenium & uires tibi meas omneis deberem. quæ tibi uiro præstantissimo intimo cordis affectu deuoueo. his omne in tempus ad nutum impera, eisq; utere. Cæterum quem tantopere exoptas Portarum lucis libellum, tibi his adnexum literis mitto, & munere trado. Vale literarum decus & splendor. Vale fœlix æthernum. Ex Augusta, præcipiti calamo. XX. Augusti. Anno M. D. XVI.

Eurycius Cordus, Ioanni Reuchlin S.D.P.

DABIS ueniam, optime & doctissime uir, quod tantillus ego ad te nostri seculi & totius Germaniæ decus scribere non uerear. Instabat non semel Mutianus Ruffus præsertim quo tempore Eobanus scripsit, ut & ego quoq; meis tibi literis si non te dignis tamen quibus possem innotescerem. Id quam uis ego per me maximopere tunc, ut semper alias, cuperē utpote nō mediocri mihi honori futurū, si tanti uiri splēdore eluceſcerē, meæ tamen infantiæ memor, animum repressi. At postquam omnium quibus uisus & auditus es prædicatiōe te uirum ut doctissimum ita & humanissimum esse facilimumq; audierim, subuere cundum istum timorem, nescio temeritas ne magis, an audacia uincit, & liberiore tandem exitu qui intus feruebat æstus erumpit. Salue Salue igitur. Salue inquam, omnium optime & doctissime Capnion, integerrimæ integritatis homo. Immo aduersus tot deterrima monstra ex olida barbariæ palude emergentia inuictissime Hercules. Iterum salue maxime literatorum Patrone & asser tor, dulcissimum Musarum delicium. Vtinam scires quo animo hæc scribens affectus fuerim, diceres profecto non alium ullum, quanq; tot fermentissimi sunt, ipso me feruentiorem amicū. Amo te plusq; qui plurimum. Quis talem uirum non amet, colat & ne neretur, nisi qui improbissimus simul & indoctissimus fuerit. Dij faciant ut quæ maxima est mihi uisendi tui cupiditas, aliquando satiari possit. Sed despero istam mihi facultatem concedi, ut qui matrimonii capistro charissimæ uxori alligatus, domesticis rebus detineor. Hac tantum uoluptate fruor, q; qui a te huc concedunt amici, multa de te tuaq; causa rogati, quæ cupimus respondent, tunc plane totus exulto, nihil æque ac res tuas ex sententia tibi succedere opto. Certa est (licet patrocinante contra pecunia) uerborum tuorum fides. Vincam, & uos triumphabitis. Sic manu tua scriptum uidi, non sine magno gaudio, sed maiore oculis uideré. Quare quod facis immo quod fecisti, Vince, nec longiore nos expectatione suspende. Spero equidem tibi præsto iam aliquem esse Iolaum, qui iandudum incisam excetræ cetuicem insequenti face ne repullulet, inurat. Vale. Herphorthiæ, VII. Kal. Februarias.

¶ Thomas Truchſes Decanus Spirenſis, Ioanni Reuchlin Phorcenſi ſe commendat.

DOCTISSIME & humaniſſime amicorum, ornatiſſimas literas tuas accepi, quibus ſuper amiciſſimi tui fortunarum acceſſione admodũ gratularis. Vnde id quod pro ſolita humanitate & tua in me ſingulari beneuolentia facis, excellentiæ tuæ non quas debeo, ſed quas poſſum innumeras grates habeo. Præterea inter gratulandum iucundiſſimæ literæ tuæ tantũ mihi tribuere uidentur, quantum nec à Dijs uel clementiſſimis optare auſim. Id quod mutuo amori noſtro tribuo, qui ſuper amico ſyncerum perraro admittit iudicium. Inſuper ubi Spiram ueneris, Decanatus non ignotas tibi ædes tuum putato diuerſorum. Pro fortunarum mearum ratione, tuæ beneuolentiæ reſpondere ſtudebo, quoniam Omnia amicorum ſunt comunia. Paucis diebus ante, amicus quidam non uulgaris Luciani Piſcatorem, è tralatione Bilibaldi Pyrkaimer, docti & ſenatorii uiri Norinbergeñ. ut legerem, humaniſſime comunicauit. Is quidem libellus lectu iucundiſſimus placet. Vnde tuæ cauſæ aduerſum Mendicas Picas ut tuis utar uerbis, non tam fautores q̃ defenſores & patronos q̃ in numeros habeas facile eſt deprehẽdere. Vale, cui me in primis cõmendo. Spiræ XXI. Ianuarii. Anno M. D. XVIII.

REVERENDISSIMO

RVM IVDICVM IN VRBE ROMA iuſſu, dati ſunt ab utraq; partium ſinguli interpretes iurati, unus & item alter, qui Oculare Speculum Capnionis de lingua Alemanica in latinam uerterent, quorum traductionibus examinatis, accepta eſt interpretis Reuchliniſtæ Martini Groningi tranlatio ſanè inuenta uerior, cui ubique terrarum præficiendus eſt hic prologus.

MARTINVS GRONINGVS BREmenſis, Iuris Vtriuſq; Doctor, ad candidum Lectorem, de Ocularis Speculi apud Acta, Interpretatione.

NON SVM nescius meum hoc uertendi munus à plærisq; carptum iri, & tali ac tanto uiro cuius causa illud (postq; ita fors tulit) perlibenter obiui, nequaq; dignum censeri, eo q; nihil illi nisi tersum, nitidum & exactū debeat, quippe qui oia sua tanto hactenus candore & uerborū uenustate scripserit, ut nil candidi⁹ nihilq; uenusti⁹, de q illd Homeri apposite dixerim· ἰδρις ὃν ἥφαιστος δίδαξεν καὶ τεχνὰς ἀθήνη τέχνην παντοίην χεροὶν ἐπ ἀκριτὸν ἐλέσθαι. Quod pstitisset haud dubie, & hoc in libro si latine scripsisset. Quare non defore susurrones plærosq; ac cauillatores scio qui hunc meum transferendi laboré ueluti paupere è uena profectū, gregariosq; orōnis contextu consutum. nec ex bene germanis bene latina me fecisse morosius calumniaturi, ac Theonino dente sint laceraturi. Illiq; pcipue mihi improperabunt, & à legendo deterrebunt, q omne illud fastidiū quod numeris plane tinnulis nō fuerit absolutum. Parum memores Adagionis huius ἀγροικία μὴ κατα φρόνησ ῥήτορος. ὅτι μηδὲ ἀτελῶν χρὴ κατα φρονεῖν πλανᾶται ἡ πλοιμία, sicuti in Zenobii collectaneis legit. Eam ob ré quo subiuerim hoc onus modo, in mediū afferre operæprecium duxi, ut uel ueniam, si quam meruerim, mihi dent, uel excusationé hāc benigne patienterq; audiant & suscipiant. Quom iudiciaria autoritate mihi ad interptandum fuisset traditum Oculare Speculū nō mutilum sed indiscissum, integrum, ac ex oibus suis compactū partibus, iniungebat, q semota omni orationis pompa, phalera risq; procul explosis uerbis, Iudice, ut inquiunt, magis atq; secundum ipsam ueritatem quemadmodum Romæ nunc inueratus illorum mos est qui aliquid in causis interptandum assumunt, uerbum uerbo redderem. Nec latum, ut dicitur, unguem a uera ipsa proprietate discederem. Quare dum ita huiusce linguæ, tanquam pistrino alligatus inhærebam uestigiis, contigit ut nec nitorem & puritatem latini sermonis obseruare, nec candidioris germanici Idiomatis genuinam atq; naturalem gratiam ostendere quiuerim, quo tamen totum Oculare Speculum a suo authore conscriptum inficias iuerit nemo, nisi eius linguæ extiterit prorsus ignarus. Reperientur sane compluria, quæ suauiorem in Alemanico

uenam habẽt,& neſcio quo pacto magis legentis titillant animũ, nequiuere tamen ea gratia & uenuſtate latinis auribus tradi. Euenire etiam nonnunquam poterit,quod uerba mea per ſalebras altaq; ſaxa ruere uideant, aut ſenſus appareant obſtruſiores abſurdioreſq; quàm in Teutonico habeantur,quod non authori huius libri uel mihi uitio uertendum eſt,ſed traductionis difficultati. Quæuis enim lingua ſuis elegantiarum gaudet floſculis,ac peculiari quodam inuehitur dicendi genere,ut non minus uere quàm ſcite de uera religione diuus Auguſtinus ſcriptum reliquerit.Et repetitur in Decretis Canonicis xxxviii. diſtinc. ca. Locutio. Habet enim omnis lingua quædam propria locutionum genera, quæ cum in alia transferuntur,uidentur abſurda. Et ſanctus Hieronymus prologo in librum Eccleſiaſticum ait. Nam deficient uerba hebraica quando fuerint translata in alteram linguam. Quod & ſi in hac mea acciderit tranlatione,non meæ culpæ aut negligentiæ,ſed linguarum adſcribendum eſt diuerſitati. Hoc tamen ſilentio haud p̃teribo atq; ſine arrogãtia dictũ uolo,me hoc opus micantiori lima concinnare potuiſſe,ſi ad ſenſum interpretari licuiſſet.Nunc uero caueri minime potuit quin tortuoſiores & obſcuriores non nunquam emergerent ſenſus.Reuoluat itaq; memori mente obſecro candidus & gratus lector illud Hieronymi de optimo genere interpretandi. Ex alia in aliam linguam ad uerbum expreſſa tranlatio ſenſus operit,ac ueluti læto gramine ſata ſtrangulat. Ac eiuſdem illud in Euſebii chronicorum præfatione. Difficile eſt alienas linguas in ſequentem non alicui excidere,ut quæ in aliena lingua bene dicta ſunt,eundem decorem in translatione conſeruent.Et paulo poſt. Ipm poſtremo ſuum,& ut ita dicam uernaculum linguæ genus ſi ad uerbum interpretor abſurde ſonat. Quantum autem ſollicitudinis,diligentiæ,ſtudii deniq; impenderimus,ut uerbum è uerbo, immo dictiunculam ex dictiuncula premeremus contra Horatianum præceptum Nec uerbo uerbum curabis reddere fidus interpres, iudicent hi potiſſimum qui lepidiorem GERMANORVM LINGVAM iuxta ſuas norunt proprietates, & lucidius Sole ipſo conſpicient

(si modo meorũ uerborũ æqui trutinatores esse uoluerit) me ita ad uerbũ hunc librũ latinitate donasse, ut ne minima quidẽ sit o missa particula. Et hoc ideo factitaui, ut omnem cauillationis no tam effugerem. neq; posset aliqua suspicionis hasta in me contor queri, quod me ita euitasse scio, ut in nullo sit cuipiam data carpẽ di ansa, adeo germanicam ipsam sum imitatus ueritatem, ut ne mo futurus sit ratione & æquo mentis iudicio subnixus, qui non dicat me fidum egisse interpretem. Octo nihilominus in locis, su is Cauillis me impetere haud erubuerunt, cum tamen apud Acta iudicialiter, ut inquiunt, exhibitis scriptis eos syncere dilucide ac uere diluerim. Et econtrario erratorum suorum syluam trecentis penè in locis, illis exhibuerim, quibus innocẽtem uirum hostiliter circunscribere nitebantur. βλάπ|ὁ δ' ὁ κακὸς οὐν ἀρείονα φῶτα. sæpissime interpellati & prouocati ut & eos locos diluerent, mini me respõderunt. Eam ob causam eorum traductio tanquam per uersissima & calumniis undiq; scatens à Reuerendissimis Iudici bus ignominiosè abiiciebatur. Mea autem in corona tot clarissi morum uirorum ad examinandum Oculare Speculum à Sanctis simo LEONE Pontifice Maximo deputatorum, publice & le cta & examinata fuit, & inuenta fidelis. Haud tamen immemor sum Plautinæ illius sentẽtiæ Nemo solus satis sapit, cui parœmia græ canica urbaniter accinit ἑὸς αὐὴρ οὐ πανσόφος. Si ergo à me aliquid assertiue magis uersum sit q̃ in Teutonico habeatur, aut quod in Iudæorũ personam adductum est, aut argumentatiue disputatũ, aut scriptum probabiliter, non tam proprie transtulerim, cõsulat boni quæso Lector candidissimus, & sine malignitate hasce meas interpretationes legat, inq; meliorem interpretetur singula partẽ. neq; aũt operis huius author aut mihi imputet. Sed diligenter alemanicum introspiciat sermonem, & meridiana luce clarius in ueniet, me non potuisse omnia tam apte, apposite, conuenienter, proprie uertere, ut in germanico reperiuntur, ad elegantiã dico, non ad traductionis ueritatem, quam me in omnibus q̃diligentis sime obseruasse scio. Non inepte itaq; Comicum illud usurpabi mus οὐχ' ὡσ θελόμεθα ἀλλ' ὡς δυνάμεθα has nos laborauisse. Nec ideo quis legere eas dedignetur q; cõcinnitudinis festiuitatisq; ha

beant minimum, uel Romano careant lepore, aut authore huius libri non satis dignæ sint. Superius enim eius rei rationem reddidimus. Fœliciter uale, quisquis es iustus nostrorum laborum iudex, ac ueritatis amator, mendaciiq; osor.

Christophorus Vuelser Præpositus Ratisponensis Cunrado Peutinger Sororio suo S. D. P.

CARDINALEM Adrianum tuo nomine uisitabo, illi Capnionis causam sicut scribis commendabo, quamuis eã habeat commendatissimam. Accepit enim elapsis diebus à Capnione doctam & elegãtem epistolam apologeticam, quam non sine admiratione summæ eruditionis legit, & tu hominis nasum nosti. Exinde illum Cucullatum Theologum abhorret. Causa uertitur coram docto & probo iudice Reuerendissimo Cardinali Grimano, patrocinantur illi bonarum literarum sectatores omnes. Curãt eam sollicitatores multi, & fideles, adeo ut non possit nisi bene sperari de causæ celeri & desyderata expeditione. Traducitur nunc opusculum illud eius, Speculum Oculare à quibusdam Germanis ad id a iudice depuratis, ex germanico idiomate in latinum. Produxerat enim Monachus ille traductionem illius sub sigillo, ut aiunt, Vniuersitatis Colonien sis siue facultatis, mutilam & mancam, multisq; falsitatibus refertam. Facta ista, procedetur ad causæ conclusionem, cuius successum non negligam tibi significare. Si contigerit te Capnioni scribere, commenda me illi enixe. Vxorem & liberos meo nomine salutabis, quos tecum foelices ualere opto. Romæ, xxvii. Ianuarii. Anno M. D. XV.

Paulus Geræander, Ioanni Reuchlin S. D.

ET EGO habere me uellem, ornatissime mi Capnion, & nescio an unquam magis Homeri illam Mineruam simulatam Mentoris, cui dicerem Μεῖνον πῶς τ' ἄρ' ἴσω, πῶς τ' ἄρ πρὸς πτόλεμον κε ἰοῦμεν αὐτὸν. Adeo mihi non placeo, cum ad tuam præstantiã scribo, nec id certe mirum. Quid enim Capniõi literarum omnium parenti Paulus offerre dignum oculis adeo ne auribus quidẽ homo literis tinctus potest. Sed malo in hanc partem peccare, ut

ne sim omino ingratus iuxta illud Lyrici senis κωφὸς αὐλῃ πεδὸ ἡρακλεῖ σόμα μὴ παραβάλλῃ. cum alias illud ipsum grauissimũ simul & sanctissimum nomẽ pietatis leuius mihi meritis erga mẽ tuis esse uideatur. Franciscus Poggius Florentinus nuper ad Summum Pontificem orauit. Pater Sancte. Ego sumam mihi partẽs Reuchlin,& uolo stare loco ipsius. Legi suas lucubratiões omneis omneis,quas habere potui.Homini fit iniuria. Cui Pontifex post multa respõdit. Noli curare Poggi,non feremus ut quicquam mali patiatur hic uir, Reuerendissimus dominus Cardinalis noster, fauit laudibus tuis. Interrogauit me sæpius de omni uita tua, an præter literas etiã alia ageres,& quid in redditibus? an liberos haberes,& qd frater,& qd consanguineus Philippus tuusille ille mei amantissimus,& postremo quantum ego amarem te. Respondi. Monsor Reuerendissimo τὸν ἐμῆ κεφαλῆ. Maior pars uotorum omnium est pro te,& credo nori quatuor esse pro Aduersariis.Videtur demum mihi maxime ex re tua,si iam denuo literas ad Reuerend. Cardinalem,dominum meum dares cum primum uacaret. Habuit nuper literas ab Erasmo Roterodamo,quem summopere laudat,posset prodesse si commonefaceres illum. Expectant ab omnibus Pythagorica tua. Romæ.Anno M. D. XVII.

Aegidius Viterbiensis,Generalis Eremitarum S. Augustini, Ioanni Reuchlin S. D.

VIX tibi persuadeas quantum doleam,tũ qꝑte non uidi cũ essem in Germaniã a Pontifice missus ad Cæsarẽ,tum qꝑte cum quotidie saltẽ non contendo literis. Habes in isto excelsæ ac singularis tuæ uirtutis theatro uniuersum ferẽ orbẽ spectatorẽ,me unicũ supra oẽs cultorẽ atqꝫ admiratorẽ. unus eñ usus es cõibus cancellis,quibus se oñe uulgus circũsepsit cõtentus non fuisse,unus ὑπὲρ τὰ ἑστακαμμένα πηλὸν. unus suparũ tragicũ auferre,& Minetuæ nubem tollere. in penetralia arcana penetrare. eadẽ ꝑ מצפץ noiare. hoc ipsũ alphabetũ soluere,& ꝑ ש literam uti peculiaris numeri symbolo suspendere & significare. Solus abdita eruere in lucem potuisti. Solus Pythagoreum,& dei ספירות & angelorum מרכבה & mundi minoris

partes, cerebrum, cor, epar, quæ apud Platonem plane ignota. a Zohar in quta חמש demõstrata. p שמור זבור Per te denicq; seruati thesauri sunt scientiæ & sapientiæ dei, in Thalmud libris, qui & si ab Aduersariis editi, multa nobis & pietati inimica docẽt, dici tñ non potest, quot altæ profundæq; quæstiones ad sacra eloquia pertinentes, quot uerba, quot dictiones, quot obscura sacrarũ scripturarum illic clarescunt atq; aperiuntur. Quæ si libri illi desyderarentur, nunq̃ legere esset, æterna premi nocte opteret, æterna nos inscicia dãnari necesse esset. Mitto testimõia de aduẽtu Messihæ i עש Et אחר ארבע מאות In Sanhedrim cum Isaiæ מבות & alia innumerabilia passim quæ insaniẽtiũ & imperitorũ uitio interiissent, tuo uni9 supsunt bñficio in opes, & ornamentum ecclesiæ Romanæ חלק תורה תאור גינות לצריקים באש data hoib9 erepta primo nobis est à deo ex igne, cum Abrahã ex igne seruatum esse uolunt. Nunc secundo à Reuchlin seruata est ex igne, cum libri illi seruati sunt, quibus stantibus lex panditur, & lucem capit, intereuntibus autem tenebris æthernæ noctis offundit. Deniq; in hoc iudicio tuo ubi hac æstate periculoso æstu laboravimus, non te sed legẽ, non Thalmud sed ecclesiã, nõ Reuchlin per nos, sed nos per Reuchlin seruatos & defensos intelligimus. Velim quæ de Pythagoricis cudere te scribis, lati9 de eis me reddas certiorem. Vale, Romæ. Anno M. D. XVI.

F. Aegidius Viterbiensis, ordinis Eremitarum S. Augustini Prior Generalis, Nobili & egregio uiro DN. Ioanni Reuchlin LL. Doctori eruditissimo. DN. Dionysio Presbytero Fratri suo germano, atq; Elizabet Sorori suæ Salutem.

NVLLVM in terris miserius atq; periculosius est uiuendi genus, q̃ eorum qui humanarum rerum capti spe, toto animo pendent à fortuna, cui quidem & uariæ instabili, quicunq; obnoxios absq; resipiscentia faciunt sese, & assiduis in uita iactantur casibus, & perpetuis in morte suppliciis puniuntur.

Tanta uero tamq; ad errorem prona est humana fragilitas, tanta moribundi sensus, tanta lubricæ consuetudinis uis, ut summo bono potiũdo, quod extra fortunæ aleam, in cœlo situm est, per nos ipsos absq; sanctorum piorumq; ope omnino inepti sumus. Quã sane rem, ut quotidianus ostendit peccandi usus, ita domini nostri conditionem humanam animaduertentis sententia apertissime in euangelio significauit, cum uiuentibus inter errorũ fluctus tempestatesq; uitiorum mortalibus ita cõsuluit. Facite uobis amicos ut in æterna tabernacula uos recipiant. Enimuero quoniã nostra de religione ita bene meriti estis, ut salutis & commodi uestri studiosissimi ac maxime solliciti & esse debeamus & sumus. Id uobiscum agendum duximus, quod ad salutem uestram spemq; æternæ uitæ tam maxime facere existimamus, rati, qui illa potiuntur, habere bona omnia; qui illa careant, & bonis omnibus carere, & esse miserrimos. Quod si tales non sumus quales in tãta re idonei auxiliarii esse deberemus, non tamen idcirco & meritis uestris & officio nostro deesse uolumus, qualescunq; sumus. Vos igitur & ordini & parenti Augustino deditissimos, quantum ad nos attinet, quantumq; nostri iuris est; nostro Ordini ascribimus, atq; uos singulos, ut ex nostris unum, toto corde confratres & consororem p has literas & accipimus & uocamus. Vosq; omnium orationum, sacrificiorum, prædicationum, contemplationum, ieiuniorum, uigiliarum, peregrinationum, obedientiæ, patientiæ, uirtutum, munerum, laborum, spiritualium deniq; bonorum omnium, quæ fratribus sororibusq; nostræ religionis ubiuis gẽtium dominus diuina benignitate largitur, participes & ipsi facimus: Et ut Deus Opt. Max. faciat, toto animi studio supplicamus, tam iter mortales dũ uiuetis, q̃ cum fuerit è uita migrandum. Insuper id quod uestra in nos & charitas & beneuolentia postulat, uolumus, ut cum generalis Synodus nostræ religionis habebitur, cum de uobis aut de uestris fiet de nostræ religionis more mentio, ita pro uobis uestrisq; fiant supplicationes, ut pro nostris fieri lege sic decernente consueuerunt. Vt uero amoris ac reuerentiæ in uos nostræ fidem non intestatam relinquamus, literas has nostri animi ac uolũtatis testes scribi iussimus, uolentes deniq; ut quicquid in his factum signifi-

cauerimus, In nomine patris & filii & spiritus sancti esse factum. Dat. Romæ apud S. Augustinum. Anno M.D.XVI. die xx. Mensis Octobris. Sub Fraternitatis sigillo.

Aegidius Generalis Eremitarum S. Augustini,
Ioanni Reuchlin. D. P.

ALLATVM ad me munus tuum, ut nouum, ita omnibus admirandum mortalibus, me beauit. Quippe qui rem tantam quantam nullæ unquam hausere aures, ad me perferri tam diligenter procurasti, ut ne ipso quidem Pontifici Sūmo pa ssus sis me fore posteriorem. Ago quas possum gratias quod edideris, ad me miseris, primumq; mihi perspectum iri curaueris. Factū est ut Hebræis secreta non inuideamus, græcis sua arcana per te latini nunc aperiamus. Vtriq; quid sapientum mysteria sibi uoluerint, te alte referante intelligamus. Spero sanctissimum Dominū nostrum ut omnium sapientissimum, & liberalissimum in oēs mortales, ita in tua merita propensissimum futurum. Tu roga, ut diu uiuat & fœlix sit. Nunquam tanti principis bonos pœnitebit. Romæ XXIIII. Maii.

Philippus Beroaldus Iunior, Ioanni
Reuchlin Phorcensi S.

SAEPE antea cogitaui literas ad te dare, quibus amicicia inter nos fulciremus, ita enim amor in omnes studiosos meus, ita uirtutes suadebant tuæ. Ita Questenbergus noster hortabatur. Sed illud sæpe me conantem, aliæ curæ transuersum egere. Martinus uero Groningus uir bonas lras bene doctus, ac utriusq; nostrum amantissimus currentem incitauit. Quo conciliatore, ad isthanc amiciciam captādam cum usurum me cogito, pro certo habeo, eam nequaquam ullo tempore posse elabi. Et me Hercules hominis dexteritas, & tua summa humanitas effecerunt, ne anxie me torquerem ad epistolam aliquam elegātiorem componendum, qua te mihi possem deuincire. Nam me tibi iandiu non modo amicum, prope dixerim aduocatum fuisse in causa illa tua confragosa, ex aliis audire te malo. Libros tuos Pythagoricos Pōtifex legit auide ut res bonas solet. Eos nunc euoluit maximus antistes Cardinalis Medices, huius cum gustum saturauerint, me cō

uiuam habebunt, qualem iandiu habuerunt libri de Verbo Mirifico per te & docte compositi, & eleganter perpoliti. Vale. Romæ viii. Kalend. Iunias. Anno M.D.XVII.

Philippus Beroaldus Iunior, Ioanni Reuchlin Phorcensi.

DOCTISSIME uir salue. Quod literis tuis hactenus nõ respõderim, in causa fuit, Pontificis ab urbe secessus, meaq; in urbe mora. Accessit etiam ualetudo aduersa Anconitani, quo sine parum proficere poteram. Tandem & Pontifex rediit & Anconitano incolumitas restituta est. Res tuæ iam in uado cõstitutæ sunt. Philosophus tuus quem tuis literis mihi commendasti, Venetias ire in animo habebat. Nã hic illi arti nullus quæstus, nec fides ulla. Cæterũ qui tibi has literas reddit Ioannes Heitmers Commissarius est Pontificis destinatus ad Germaniæ partes pro libris antiquis qui desyderantur, munitus uenit multis literis pontificiis & diplomatibus. Sperat se oñino aliquid boni eruturum. Significauit autem Pontifici posse te plurimum negocio isti fauere, qui diu tanquam sagax canis uepreta omnia & nitedulas olfeceris. Quare mihi commisit, scriberem ad te, uelles operam tuã ad istam rem impertiri, consilio scilicet iuuare, monitionibus, indagine, authoritate non deesse, præsertim apud Præsulem Vuormacienſem. Crede mihi doctissime Capnion, te animum Pontificis optimi in te certe amando diu excitatum, hac potissimũ opera arctissime tibi deuincturum. Nam hæc illi cura non in postremis est. Vale, & me ama. Romæ v. Decemb. M.D.XVII.

Laurentius Behem Canonum Doctor, Canonicus senior & Scholasticus S. Stephani Babenbergeñ. Ioanni Reuchlin Salutem optat.

HACTENVS ex eo inquam quo in urbe simul duleiter cõuersati fuimus, silui. maxime cum ubi locorum esses ignorarem, nec qui opportune meas ad te perferret haberem: At nunc quia tuus discipulus, amicusq; meus Bartholomæus Cæsar ad tuã excellentiam uti sitibundus ad scientiarum fontem proficiscitur, nolui cõmittere, ut sine meis hoc est testimoniis meæ erga te pristinæ bñuolentiæ ad te ueniret. Tãtus enim meus est in te amor,

quem ſuaui amicicia tibi Romæ cum pariter iremus hebraicos in ter Iudæos libros percontando comparaſti. Vnde me q̃ ingratiſſi mum cenſerem ſi me tuæ bonitati non patefacerem. Quãdoqui dem te unice admiror & obſeruẽ. Credo præceptor optime idẽq; uir doctiſſime, adhuc bene memineris, q̃ me docueris romæ quo nam pacto illa lxxii. Dei nomina ineffabilia ex illis uerbis Exodi. Et angelus domini καὶ τὰ λοιπὰ extrahantur ſeu componantur. Fuit enim mihi illud iucundiſſimum ex te hauſiſſe. Et quidem hu ius cauſa feciſti me emere Volumen illud ſine punctis ſcriptum, quod Iudæi in ſuis ſynagogis reſeruant. credo q̃ contineat Pen tateuchon. Sed nec te latere puto, cum ex Vrbe domum reuerſus ultimũ Razielis librum ad me dederis quo carebam, etiam q̃ ſæ pe mecum in palatio Apoſtolico in Camera mea, quæ Munitio armorum intitulata erat conſtitutus fueris non ignoras. Sed quor ſum iſthæc commemoratio? Ideo hæc ſcribo uir optime, ut tibi ſubeat, ſi forte mente tua exciderim, mei memoria qui tuis tantis & innumerabilibus uirtutibus & artibus afficior. Quiq; te omniũ (citra adulationem) noſtra tempeſtate, citra tamẽ aliorum quo rumuis contemptum, facile quamdoctiſſimum iudico. Verũ, quo inquis hoc argumento ais. Reſpondeo, quia tuam contra peruer ſos & iniquos calumniatores tuos uidi acerrimã ac ſtrenuam de fenſionem, quam ſumma admiratione & legi & relegi, uſq; adeo ut mihi ferè incredibile uideatur humanum ingenium tanta & tã grauia & acuta depromere ſeu excudere potuiſſe. Supra modum autẽ tuæ condolui fortunæ quæ te in eorum. quos Theologiſtas, triuiales Sophiſtas, & magiſterculos nominas, manus atq; conflu ctum, in ipſum quoq; uerſificem Ortum vino, ac recutitum Pepe ricornum adduxerit. Veruntamen cum recta ratione melius rem conſyderaſſem, non ab re factum putaui, quandoquidem clare diſ cernere eſt, te per inimicos & æmulos tuos, apud quoſcunq; quib⁹ facie ignotus eras, ubiq; glorificandum ob ingenii & doctrinæ tuæ excellentiam, atq; de tot talibuſq; hoſtibus triumphaturum, ut haud immerito de te dici queat, quod Beatus Syxtus ad paſſio nem ſuam raptus, Sancto dixit Laurentio, Te quaſi iuuenem magnum, glorioſior de Tyranno expectat triumphus.

Quamobrem clypeo tuæ ſapientiæ innixus, forti eſto animo, & pro iuſticia famaq; tua (ſemper tamen de catholica fide ut ſoles bene ſentiendo) audacter & uiriliter decerta, quo tibi gloriá ſempiternam uirtutis tuæ præmium comparabis, & amicos tuos gaudio & lætitia, qui omnes in tua laude gloriantur, ingenti afficies. Facile enim tanquam alter malorum depulſor Hercules, huiuſce modi monſtra domabis. Vale ſtudioſorum ſplendor, ac Germaniæ unicum decus. Bambergæ xx. Iulii. Anno M. D. XV.

Viro doctiſſimo Ioanni Capnioni, Nicolaus Gerbellius S. in Chriſto Ieſ

QVEM uero nō pudeat ſceleratı huiu ſeculi, mi doctiſſime Capnion. Quem ferre non pigeat, r tes ætatis huius, plus q̄ ferreæ? Qua cum ſemente acere uoluiſſent oēs bonæ literæ, aſtris etiam ipſis fœliciter antibus, repertæ ſunt fœdiſſimæ Harpyiæ, quæ florem com odum emergentium fru gum, peſtilétiſſimo attactu aduerere ſ at commolitæ. Concreditū erat per, quam uberi ſolo mundiſſimum ſemen. At illud paulatim, ſuperiorum incuria Agricolarum, ſpinis atq; ſentibus peracutis pungentibuſq;, undequaq; inhorruit. Miſſi ſunt Coloni candidiores, à uepribus liberaturi ſemen, quo poſſet emergere cumulatius copoſiuſq;. Bella quidem, & horrida bella exorta. Moleſta nanq; poſterorum Colonorum diligentia, pigris illis negligentiſſimiſq; cultoribus. Atq; dū deſidiam ſuā, uelut aras & foces tuentur, criſtas erigunt, omnia euerrunt armamentaria, nihil non exquirunt, ne patroni parum acres uecordiæ ſuæ uideantur. Contra cordatiores iſti ſolius ſeminis cauſſam agentes, animo uerſant peruigili, qua tandem uia in cœlum queant educere, tot iam ſeculis inuolutum depreſſumq; perniciоſiſſimis ſpinis, diuinæ ſapientiæ puriſſimum germen. Illi congregatis undiq; copiis, reclamãt refragantur, inſaniunt in ſumma. Nullum lapidem non mouent ne ſaltem ex agro conductitio, uelut ignaui & inertes Coloni eiiciantur. Crebro interim Tragicum illud occinētes μόνοι γὰρ εὖ φρονοῦμεν οἱ δ' ἄλλοι κακῶς. Cui⁹ rei fidē ut faciant iis, quorū ſūt mercenarii, nulla non hora ſuperbiſſime inculcāt, quos tribulos, quod

lolium, quas zyzanias, ex aliorum eiiciant agris. Digni sanè conduplicata mercede, qꝑ cum nihil agant faciantqꝫ, omnia se facere instar Aesopici Cantoris, gloriari studuerunt. Hoies nimirũ suauissimi, qui in alienis agris, leuiculam etiam filicem conspiciunt, in suis nihil immundum, nihil sordidum, nihil quod carpere queas, inueniri posse confidentes. Qui sua inter se uitia, ueluti Pylades & Horestes, cõiunctissime tegunt occuluntqꝫ. Q; si quis alius extra ipsorum septa positus, ulcera uerrucasqꝫ eorum uel summa acie tetigerit, Proh Deũm fidẽ, quàm os illud impudentiss. in arcum distorquent, quàm rugis suspendunt nasum. In oñia cõuitia parati, occisuri etiam ob unum aut alterum uerbum, si quis timidior eorum obsequatur tyrannidi. Nihil condonantes conseruis suis, cum omni munificentia benignissimi Patrisfamilias, ipsi fiant locupletati. Huiusmodi tu prelium, Doctissime mi Capnion, annis iam prope modum pluribus, magno similimus Herculi sustinuisti. Huiusmodi ferent tumultus, quotquot pietati & ueræ sapientiæ consultum uelint. Quáquam illi nihil pium, nihil sapidum opinentur, quod ab ipsorum discrepet doctrina, uel instituto. Instituto autem huiusmodi, ut infensi omnibus, omnes calumnientẽ. Expectantes a comuni omnium patrefamilias, comunem mercedem, misericordiam, ipsi in alium neminem minus misericordes quàm eum, qui ad culturã agri Dominici noctes ducat insomnes. Acres & Lyncei, ubi nihil uel minimũ est periculi, immo sæpius ingens utilitas. At ubi sublatissima uoce clamandum esset, magis mutos reperias qꝫ pisces, qꝫ scarabeos. Ita inuerso ordine pro malis affliguntur boni, pro bonis coronantur omnium scelestissimi. Quandoquidem, ut Liuius ait, solet pars deterior uincere meliorem. Sed, mi candidissime Capnion, querelas nostras in aliud tempus differemus. Tu magnanimo persimilis Herculi, Hydram illam pro animi tui magnitudine contunde. Habiturus inter innumeros, Theseus, studiosissimos tui defensores. Huttenum illum uirum strenuum, & in obeundis huiusmodi periculis animo inconcusso indefessoqꝫ. Tum denicꝫ ab ipsis Gratiis formatum hominẽ Philippũ Melanchthonẽ, quos noie meo multa salute impertias uehementer discupio. Viue fœlix. Anno M. D. XIX. Mẽse Maio.

Philippus Melanchthon Brettanus Sueuus, Ioanni Reuchlin Cognato suo Salutem.

SERIVS q̃ uolebam ad te scribo, expectandæ enim erant fac cinæ Bibliopolarum nostrorum, si quos hi forte libellos Asia rothæ adferrẽt, aut alia quorum nostra in re quis usus esset. Ni hil afferunt, id ut egerrime patiar, qui cœpi argumentum quod sum pollicitus ludere ἐλεγκτικὸν κατὰ τῶν ἀσκρωσῶν. Fortasse coniicis, de amore, studio ac pietate in te mea. Non deseram, ne dubita, signa nostra, μίμπτει φίλαυτος ἐσόμβρος. Excuditur Pisca tor Bilibaldi cum Nazareni libellis, mittã eum ad te. Παράφρασιν Erasmus in epistolam Pauli edidit, quã si uis mittam quoq; ὦ ζεῦ exclames ὦ βροντᾶ. Habes rursus Simplicium tuum & Ammoni um ac Philoponum. Gratia tibi qui nostro tantisper usui tam bo nos libros indulseris. Quæso te, si qua habes Alberthi, quorum nul lus est usus tibi, mitte ad me. Plutarchi ὃ περὶ ἀκούειν à me uersũ cui uis dicabo. Franciscus sese tibi nostet nexum scribit, & uindica ri uult, non ceu in gregem tuum immissus aries, ut Iuriscon. inqt sed ceu arbuscula quæ in agrum aliquando tuum radices egit. Va le, & Philippum ne desere. Tubingæ.

Martinus Luther Augustinensis, Ioanni Reuchlin Phorcensi.

DOMINVS tecum uir fortissime. Gratulor misericordiæ dei quæ in te est, uir & eruditissime & humanissime, qua ti dem prævaluisti obstruere os loquentium iniqua. Fuisti tu sanè organum consilii diuini, sicut tibiipsi incognitum, ita oĩbus puræ Theologiæ studiosis expectatissimum, adeo longe alia fe bant à Deo, & alia uidebãtur geri per uos. Eram ego unus eorum qui tecum esse cupiebant, sed nulla dabatur occasio. Eram tamẽ oratione & uoto tibi semper præsentissimus. Sed quod tunc nega tum est socio, nũc cumulatissime tributum est successori. Inuadũt dentes istius Behemoth me, si quo modo sartire queant ignomi niam quam retulerunt ex te. Occurro & ego ipsis longe quidem minoribus ingenii & eruditionis uiribus q̃ tu occurristi & prostra uisti, sed non minore animi fiducia. Congredi mihi detrectant, re spondere recusant, sed mera ui & uiolentia in me uiam affectant

Viuit uero Christus,& ego perdere nihil possum,quia nihil habeo Fracta sunt in tua firmitate non parum quidem cornua horũ tau rorum. Hoc enim in te egit Dominus,ut Tyrannus sophistarũ ali quando & tardius & mitius disceret ueris Theologiæ studiis resi stere,ac respirare inciperet Germania,scripturarum doctrina tot heu annorum centenariis,non tam oppressa q̃ extincta. Nõ erãt hæc initia danda pulcherrimorum studiorum per hominem par uæ gratiæ. Sed sicut Christum (sit uenia comparationi) omniũ maximum montem Deus contriuit usq; in puluerem mortis. Ve rum ex hoc puluere postea excreuerunt tot magni montes,ita & tu parum attulisses fructus,nisi mortificatus in puluerem fuisse re dactus. Vnde nũc tot surgunt proceres literarum sacrarum.Et ex audita est oratio gementis ecclesiæ Saluum me fac domine,quo niam defecit sanctus,diminuti sunt fideles de filiis hominũ. Quo niam exaltari fuerunt ad altitudines dei,uilissimi filiorum homi num. Sed ecce nonne ego impudens, qui tam familiariter sine procemio honoris tecum loquor? Verum,facit hoc animus me⁹ in te officiosissimus,qui & tibi est familiarissimus tum memoria tui,tum librorum tuorum meditatione. Accedit ad hoc quod & permouit ut tandem scriberem,q⁹ Philippus noster Melanchthõ homo admirabilis,immo penè nihil habens,quod non supra ho minem sit,familiarissimus tamẽ & amicissimus mihi,omnino ex egit has literas ad te. Fidem iubens,certissime te non ægre laturũ, sed & gratum habiturum quicquid ad te ineptirem.Huic ego im putes uelim,si quid imputare uelis,nisi quod animum meum er ga te non nisi candidissimum his literis protestari uolui. Vale, & gaude in domino,præceptor uere mihi uenerabilis. Vuittember gæ altera die Luciæ. Anno M. D. XVIII.

Pb. nul.

Petrus Galatinus Minoritanus,Ioanni Reuchlino LL. Doctori S. D. P.

HORTARIS me ornatissimis literis tuis Capniõ uir unice ut in tui ueritatisq; diu tã acriter impugnatæ defensionẽ mi hi aliquid scribẽdum ducam. Nimium profecto (quod pace tua dixeri) falleris si uel te qui cæteros oẽs cõtra ueritatis aduersarios

ueridicis argumentationibus ſemper egregie tutari cõſueuiſti, nel ue ritatem ipſam quæ nullis poteſt obrui calumniis alterius cuiuſ uis tuitione indigere putas. Quis enim diceret uirum chriſtianæ religionis integerrimum, diuinæ humanæq; philoſophiæ indaga torem ſolertiſſimum, Põtificii Cæſareiq; Iuris peritiſſimum, oim bonarum artium eruditiſſimum, Romanæ eloquentiæ facundiſ ſimum, trium linguarum, quibus Deus arcana ſua mortalibus re ſeruauit, interpretem diſertiſſimum, qui tot præclara edidit opera, ut eius nomen ſeculis cũctis immortale permaneat. cuiq; (ut oia ſimul complectar) parem nunquam tota produxit Germania, ſibi ad ſuiipſius defenſionem ſatis eſſe non poſſe. Aut quis recte iret in ficias, uniuerſa quæ abs te ſcripta ſunt, per ſe, non modo aduerſus aduerſantes q̃ optime obſiſtere, uerum eos quoq; penitus conuin cere poſſe. Quom nihil prorſus eorum ſit, quod uel chriſtianam ueritatem non ſapiat, uel ipſi ueritati teſtimonium nõ perhibeat. Quandoquidem etiam ὁ πλῶσαι quandoq; ἁμαρτάνει & τ' ἀλλ αὶ λίγει. Quas ob res quom neq; tu cuiuſq; protectione opus habe as, neq; ſcripta tua alieno defenſore egeant, haud quaquam certe Opus de Arcanis catholicæ ueritatis in Thalmudicis libris cõten tis, ſuper articulos contra libellum tuum Oculare Speculum nũ cupatum exhibitos, fundatum aggreſſus fuiſſem, niſi Reuerendiſ ſimi Domini mei Sanctorum IIII. Coronatorum Cardinalis, & Reuerendiſſimi Adriani, aliorumq; quorundam Principum Car dinalium, qui ueritatis diſcutiendæ gratia, hoc mihi oneris impo ſuerũt, iuſſiones ad id me penè inuitum induxiſſent. Cui quidem operi quamuis hactenus ſumma cum diligentia inſiſterenon de ſtiterim, tum ut eorundem principum Cardinalium iuſſibus ob temperarem, tum probatiſſimorum uirorum Iacobi Queſtem bergi græcis latiniſq; literis pereruditi. Ioannis Poticani in Chal diacis præceptoris mei. Stephani Roſini Imperatorii Procurato ris uigilantiſſimi, & Chaſparis Vaingenſis, qui omnes rem tuam omni ſtudio, omniq; animi corporiſq; labore curare nõ deſinũt, aſſiduis exhortationibus maxime motus, ne dicã impulſus. Amo tamen cauſa tui eo accuratius rei perficiendæ operam dare cona bor, quo gratiorem tibi rem me facturum confido. Quare diuino

fauente numine, opus propè diem in lucem proditurum expecta
to. neq; tibi iniucundum, neq; Cæsarei Maiestati ingratum, neq;
Christianæ Reipub. inutile (ut spero) futurum. Quod autem me
laudibus effers, tu quidem optimorum hominum officium agis,
qui in laudando malunt excedere q̃ deficere. Neq; enim aureæ il
lius sententiæ Ioannis Chrysostomi es immemor ὥσπερ τὸ καλῶς
λέγειν καὶ ἐγκωμιάζειν ἀρχὴ φιλίας ἐστίν, οὕτω καὶ τὸ κακῶς λέγειν
καὶ διαβάλλειν. ἔχθρας καὶ μυρίων κακῶν ἀρχὴ, καὶ ὑποθήκης γί-
γνεται κακοῦ. Ego uero & si me tanta laudum gloria omnino indi
gnum non ignorem, aliqua tamen inde uoluptate nõ possum nõ
affici, dum à tanto uiro nunquam satis laudato, me tantopere lau
dari uideo. Scribis præterea priscos Romanorum tribus erectis di
gitis, reliquisq; duobus in palmam depressis hominum multitudi
ni benedictionem tribuere solitos fuisse. Quod nusquam ego (ut
uerum fatear) me legisse memini, te tamen qui longe plura uidi-
sti apud eos legisse minime dubito. Ego enim apud Hebræos dũ
taxat id factitatum comperio. Nam cum summus sacerdos popu
lo bñdicens hæc ex Dei p̃cepto diceret יברכך יהוה
וישמרך יאר יהוה פניו אליך
ויחנך ישא יהוה פניו אליך
וישם לך שלום ambas manus ante faciem suam
protẽsas tenebat. Quom uero nomen dei Tetragrammaton pro
ferebat, treis mox utriusq; manus digitos, pollicem scilicet indicẽ
& medium altius erigebat, reliquos duos in palmam depressos ha
bens, & sic nomine illo prolato, tres statim eiusdẽ digitos insimul
uniebat, ut ueteres Thalmudistæ tradiderũt. quod nullam aliam
ob rem fieri institutum est, nisi ut diuinarum personarum Trinita
tem, diuinæq; naturæ unitatem per nomen illud designari palam
ostenderetur. Sed quoniã inter cæteros tui obseruantissimos ego
& Petrus Stella Reuerendissimi domini mei Secretarius, uir utiq;
omni literarum uirtutũq; genere apprime præditus, uirtutibusq;
tuis haud minꝰ atq; ego deditissimus, egregia atq; præclara opera
tua quom non triuialia, sed rarissima ac singularia sint, summope

uidere cupimus, & præsertim שרשים & de Verbo Mirifico, eam ob rem abs te petimus, immo te, si pateris, oramus, ut si absq; tuo incommodo fieri possit eos libros ad nos mittere cures. Quod si feceris, nos quidem ingenti abs te beneficio affectos arbitrabimur. Tu uero utrunq; nostrum in iis quæ ad tuum expectant honorem tibi semper obsequentissimum cognosces. Et ut de me dicam, si ulla quoq; alia in re me tibi conducibilem esse posse intelligis, neq; rei, neq; labori, neq; operi ulli, neq; mihi quidem ipsi parcendum duxeris, omnibus enim in rebus nedum in hac me tibi morem gerere semper promptissimum inuenies: Vale singulare totius Germaniæ decus. Romæ in Palatio Apostolico.

Ioannes Reuchlin Phorcensis, Petro Galatino Minoritano S.

VTINAM hic ille essem, præclarissime Galatine, quem tuis ad me datis literis tãtopere prædicas. Omnem enim sic dignitatem & gloriam si qua mihi foret in tuum honorem & nominis ornamentum perpetuum, tanquam uiri cum mea haud de coniuncti deinceps referrem perq; gratissime, absq; ulla studiorum in me tuorum obliuione. Sed lectis tuis, ipse mihi speculum fui, & in me perspicuo intutu reperi, satis esse mihi, si pstantis tuæ doctrinæ ac excellentium uirtutum tuarum nõ æquator, sed amator sim. Et sum equidem, isq; haud frigidus. Quo recte confisus O. & præsidium & dulce decus meum, sperare me non frustra spero, Detractorũ illorum qui me falso, criminis insimulauerunt, & usq; hodie laniant ac lacerant, posse & insidias uitare, & iniurias repellere, & rerum potiri. Nec Mœcenates abstulit una dies. Q; tu sup articulos contra Oculare Speculum confictos scribis, prope omnibus Germaniæ Vniuersitatibus ex urbe Roma innotuit, à quibus iãdudum eædẽ ad me cõsolatiões crebro puenerũt cũ oĩm doctissimorũ singulari gaudio, quin potius oĩm hoĩm qui literas colũt, pter has solas Picas mihi aduersas cum sua farina, non eñ masculino gñe appellandi ueniũt, propter eorum molliciem cum colu & lana. Gaudeo itaq; ipse mihi ipsi haud mediocriter, cui tot & tanti tamq; graues & eruditi uiri, omnium penè Gymnasiorum Alemaniæ soles, de tua integritate, fide, gratia, de tuo hac in causa stu

dio,bñficio,labore,opa,cura & diligẽtia quotidie per nũcios & epi stolas gratulant,uehementer optãtes,ut tandẽ nobis fœliciter con tingat illud in operis & diebus Heſiodi. Νηπιε δ' οὐκ ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς, ἢ τὸ πανημέριον τέλος ἀζηλοῦ ἐόντος. Faxint ſuperi Galatine ut breui diuinũ opus tuũ illud Ancyle meis uotis è cœlo diuinit⁹ miſſum cum meo fructu & tuo ſplendore uideam. Q̃ autem ad phaleras & ornatum ampliandum elegantiſſimæ comptiſſimæq; illius orationis tuæ corã Papa & frequenti Cardinaliũ ſenatu habi tæ paucula quædam de priſcorum Benedictione,id eſt imprecati one Romanorũ proximis in literis meis circiter pridie Kalenda rum Martii ad te datis poſt lucẽ ſomno, nõ dicã uino,ferè ſepul tus ego blacteraui,fateor ingenue,q̃ ea fortaſſe tam indigna ſunt ut quamuis a te ſæpius lecta,tamen merito nõ ſint memoriæ tuæ cõmẽdata,qm̃ ad maiora poſteritati ſeruatus es.Nec multũ octo narii refert,ſint ne ab hebræis digiti an à Romanis leuati,Qua in re ſatis mihi probatur tua fœlicitas,q̃ Romæ tu inter doctiſſimos tam hebræos q̃ latinos & græcos,multorũ autorũ uolumina uer ſare potes,quibus in omniũ gentiũ atq; nationũ ritu euadas eru ditior. Nos fucus & gen⁹ ignauũ,inter Hamadryades iaculatricẽq; Dianã & Faunos & Panas ſola bucolica meditamur. Nã medius ego inter Bacenas & iugũ Harcyniũ,abſq; Muſis & ſine Apollinis clementia uitã dego,& ſola Sueuorũ conuerſatione cõtentus,bar bariſo inter barbaros.Nec eſt circũ me ullus,qui uel græca exqui ſitim diligat,uel ſtudioſe amet hebræa,q̃ ambo Germanis alioq; literarũ auidis ꝓpter phanaticos & deliros philoſophaſtros exu lãt. Iudæi nãq; ſupra centũ Italica miliaria exacti lõginque a me diſtãt,ut mihi uix ſexto quoq; anno Iudæũ aliquẽ ſiue Iudæã cer nere deã. Vñ q̃ Hebræi bñdicãt tribus digitis erectis,nec legi certe nec oculis uidi unq̃. eo qa & libris careo & ſynagogis.De manib⁹ ſane ac palmis Vergilio antiqoribuſq; Romanis palã fuit.Ni pal mas põto tẽdẽs utraſq; Cloãthus,fudiſſetq; p̃ces,diuoſq; in uota uo caſſet.Et iterũ. tẽdoq; ſupinas Ad cælũ cũ uoce man⁹. & munera libo.Aut hos tu ſi Phrygas fuiſſe cõtẽdas,accipe ſaltẽ illud Numæ R.o. regis. dũ cõſtitit atq; caput niueo uelat⁹ amictu, Iã bene diis notas ſuſtulit ille manus. Iudæi quoq; in libro præceptorum iſta ſeptem ad benedicendum plebem neceſſario concurrere iubent.

לברך בלשון הקודש ובעמידה
ובנשיאות כפים בקול רם פנים
נגד פנים ובמקדש בשם ה
המפורש אבל לא בגבולין וכ
ובשיגיע שליח ציבור לעבודה

E quibus illud extat non minimum, eleuatio manuum ad inuocã dum nomen Tetragrammaton in sanctuario. Extra nanq; sanctuarium, ut hic uides & sine me nosti, ritu constituto ineffabile nõ effatur. Sed pro sententia Moysi Aegyptii tunc eius in locum succedit nomen xii. literarum. Hactenus comunia sunt hæc nobis. At de numero ipso digitorum planè hoc me superas, q̃ a ueteribus Thalmudistis traditum legisti, pollicem, indicem & mediũ in benedictionibus erigi, reliquis depressis. Quanquam & ego digitorum meminisse Salomonem Gallum legi. Sed non singulatim

qn penè indiuidue sic. לכך הכהנים פורסים
כפיהם לומר הקבה עומד את
אהרינו שנ חנה וה עומד אחד
כתליו משגיח מן החלונות
מבין אצבעות של כהנים׃

Quas aũt nunc eredimus Benedictiões, eæ Romanis uota & imp cationes fuerunt, nõ diræ, sed diuinæ bonitatis inuocationes, q̃ in digitamenta nuncuparunt. Vnde indigitare idẽ est quod imp̃cari Festo Pompeio autore. Vtq; in sacris Romanorũ scriptũ legit. Virgines ueftales ita indigitant. Apollo medice. Apollo Pæan. Et Cornelius Labeo afferuit. Maiam eandem & bonam. Faunáq; Opem & Fatuam. Pontificum libris indigitari. Quo insinuant non tota palma, uerum unã discretis digitis sacerdotales imprecationes fieri. tribus autem tantum numero nec ultra. qui numer9 apud Pythagoreos in sacris Deorum prævaluit, & ritui subscribit

eidem in libro Cœli Aristoteles. Vnde arcanum hoc esse dum ꝓ te licet opinabimur, q̃ in illorum Pontificum disciplinis uerbum digitare tribus lineolis præscriptum erat. Idq; postea prophani & eiusce modi sacris non initiati, quippe nescientes legerunt indigitare pro iiidigitare, hoc est tridigitare, quod æque potuissent ut triplicare trisuleare tripertiri, & eius formæ cætera. Veteres sane ter consulem tribus lineolis præpositis ita. iii. COS. notarũt. Sed nos multitudinem sequuti dicimus indigitare tribus digitis bona precari, hoc est benedicere. Quem morem & ab Hebræis Pythagorei, & a Pythagoreis Romani recipere potuerunt, & nos a Romanis iuxta oraculum Apollinis Pythii, quo institutum erat religiões teneri quæ essent in more maiorum, & ex moribus eum qui esset optimus. Vnde ut simia homines, sic Maga illa quondam apud Ouidium sacerdotes romanos imitari conat. Et digitis tria thura tribus sub limine ponit. Tribus igit digitis primoribus erectis & reliquis duobus humiliatis, significatur ostonarius ille tuus doctissime ac disertissime GALatine, gemma sancti ordinis tui, ille inquã numerus quem tanta facundia extulisti, quem tanta uerborum sanctimonia consecrasti, & ille denicq; numerus euangelicæ beatitatis, quẽ Christus apud Matthæum remunerauit, quem Dauid in cithara obseruauit, Beati immaculati, quamlibet alphabeti litera octies canendo, quod per uiam Cabalæ גמנוח Pythagorice, uel ut clarius dicam anagogice consummat in unũ חסד באמונה De quo legit ecclesia. Per misericordiam & fidem purgantur peccata. Hæc tu si aliter sentias, me deseram, te sequar. Cæterum de mittendis uoluminibus Petro Stellæ atq; tibi, mei amantissimis, morem geram perlibenter supra q̃ credere queatis, & in Nundinis proxime Francofordiensibus consulam mercatores quo nam modo libri mei ad uos Romam uehantur, quod adeo non erit facile, nisi tu modum transmittendi ostẽderis, & quibus sint tuto cõmittẽdi, cũ uel epistolæ sæpiꝰ mihi fuerint in itinere neqter interceptæ. Nihilominꝰ in me mora nõ erit ulla, nec quicq̃ impendii fugiã. Vale fœliciter ἀξιομακ Διδωτε. uiciſſimq; me semper diligite, tuq; Stellaq; meus. Stutgardiæ Kal. Quintilibus. Anno M. D. XV.

DN. Ioanni Capnioni undecunq; docto,
Ioannes Huttichius S. D.

ET QVIS unquam putasset, Capnion Doctissime, te ea incidisse tempora, quæ innocenti, contumeliis, ignominiis, maledictisq; perturbato, afflicto, & penè obruto. Iusticiam iam quasi per septennium imploratam, tandiu retraxerint? nec tamen satis scire possum, an tempora, an fortunam, an peruersos Leguleorum quorundam anfractus, magis incusem. Video enim mortales iam plæroscq; hoc erroris imbibisse somnium, ut piaculum omnino esse ducerent, uel ob rem nihili non sollicitare Rabulas forenses trepideq; ambire manus, à quibus tandem quicqd bonorum est mulctati homines miserrimi cum nihil spei aliud tulerint, è somno experrecti se delusos sero sapiũt, sed fortasse τῦ καιρόσωνδε. Possem tibi proferre exẽpla id genetis imodica, nisi tu melius atque aulicis quibusdam auro & purpura inflatis ignominiosa uideret esse detrectatio. Quippe si aliena deficerent, præsens de te locupletissimum nobis præstaret testimonium, qui toties in ius ob rem tãtillam fueris tractus, Quæ tua causa licet uno potuisset finiri termino, in septennium tamen, & ultra, protracta, postq; satis à Cucullatis fueris citatus, aggrauatus & reaggratus, tandem a te prouocatum, ab illis tuis mille dolis Technæ & exceptiones quæsitæ, quo conceptam futuræ notam sentẽtiæ subterfugerent. His artibus, non dicam aureis, rem eô deduxerunt, ut partem utranque Summus Pontifex imperpetuum iusserit tenere silentium. O Deus, & quo tandem maiorum fides summa æquitas & syncera omnium iusticia peruenit? Laudanda profecto non immerito uetustas in extruendis ad loca montana ædificiis, quibus Germania, Diis gratia, refertissima est, ut inde pro numinib. pro patria, pro fortunis, pro fama & gloria nominis Germanorũ dimicarent, & inde si quos iure adquisito & repentino compellere non possent, manu & armis adorirentur. Quis enim dicas quæ sor ex nostris hoc seculo Principibus homunciones pauperculos ab iniuria potentum lege uel præcipiente defendit? & si qui sunt qui pauci admodum non tamen sine iactura & calamitate quicquid misello supereſt rerum, in tutelam suscipiunt. At hæc sine

causa non commemoro, Capnion disertissime, tui enim miserti sunt Principes quidam & Primates non infimi nominis, miserabi lisque rerum status hac ætate euentum uix sine lachrumis & uaticinati sunt & congemuerunt. Nouerunt optime te parentem literarum hebraicæ græcæ & latinæ literaturæ apud Germãos instauratorem, & de omnibus bonis & patria benemeritum, atque ut est apud Græcos φιλόπατρον καὶ πολιτικὸν quique dignius pacatiori tempore ob ingenium nobilissimum quo posteritati consulere possis, ab omnibus nostræ aulæ ordinibus iudicareris. Fauit tibi plurimum Antistes noster Argentinensis integerrimus, qui tui nunquam nisi honorificentissime meminit. Admiratur etiam famam Capnionis, licet iuuenis apprime, Princeps meus illustrissimus LVDOVICVS, Rheni Palatinus, Bauariæ dux, Comesque Veldentiæ, cui A præceptore iam per aliquot annos, uti forte adhuc tenes, inseruiui, nescióque in sui utilitatem uel magis in detrimentum meum. Quos cum suæ aulæ optimatibus & opere & consilio non defuturos tibi persuadeas, uelim. Porro si ulterius Anagyrim moueãt, iterũque Andabatarũ more pugnare cõtẽdãt illi supcilioſi Theologistæ, nõ dubita, clarissimos ex equestri dignitate uiros ingenio, labore, industria & armis paratissimos, tuique causa sceleratissimis Hypocritis induere bellum est animus, quod, crede mihi, nisi omnes Spadones effecti, nunquam finietur. Dispeream nisi omnes emasculatos uelim, luxuria enim ita orbati, reliquum uitæ sola inuidia & ignorantia conterent perditissime. Simulant se apud mulierculas & plebeculam adeo castos & integræ uitæ, ut ominosum ferme sit, non sanctos dicere uiros, at ædes illorũ cũ intraueris, anũ offendes impudicissimã, qua cũ tam sancte & incorrupte uiuit probus ille Theologꝰ, ut Asiotis libidini osiorẽ dicere possis. Hæc ex iusto animi dolore, nõ stomacho ad te scripsit Huttichius, tui nominis ἀκολακεύτως deditissimus, & uale Germaniæ ingens decus. Anno M. D. XVIII.

Iacobus Spiegel Selestatinus LL. Doctor. Cæs. Secret.
Ioanni Reuchlin doctissimo.

SALVE PRAEceptor æternum, ueneran. & colen. Andreas Stiborius Theologus & sacerdos deo dignus superiori mense hisce ad te inclusas me iudice pijssimas & doctissimas literas

ut & ego eas legerē apertas meis tamen consignatis dedit, rogans ut lectas consignarem, tum consignatas commodo tibi præsentandas curarem, placuit mihi consolatio docti hominis ad doctissimum. Ego tui gratia dum per ocium licuit, apud Iacobum Fabrum tui nomis præconem, acerrimum Theologistarum stimulum, immo malleum, quæcunq; in eos sparsim dicta in epitoma concludere cœperam, ut aliquando in tui consolationem emissem. Sed tardiore id nunc præsto calamo, cum sis satis superq; cōsolatus Cæsareis literis, quæ te plane eximunt a labyrinthiis spiris in quas illi superbissimi hypocritæ tui Calumniatores innodauerant, qui non modo seculares literas & Doctores exosos habēt, sed & in seculares sacerdotes inuehuntur rabidissimæ bestiæ, ut eos in odium uulgi cum summa ignominia trahant, quo facilius eorū sacculos impleant. Immemores euangelici præcepti. Viri hypocritæ summam perfectionem mentientes. Sed de his alias. Defensionem tuam qua me nuper donaueras, dum eam Cæsari in opido Gislingen post rem diuinam habitam astante procerum corona propriis manibus obtulisti, præceptori meo in sacris Legum, omnium doctissimo Vdalrico Zasio summe id exoptanti Friburgi reliqui, sperans me hic aliam apud Bibliopolam reperire. Sed frustratus mea spe, ex Nundinis Frācofordianis per Lucam Librarium ad me ferendum curaui. Sed & hunc conatum frustra habui Quapropter te per meam erga te obseruantiam rogatum uelim, ut in prioris Defensionis locū, aliam q̄ primū cū commodo tuo fieri possit, ad me mittere nō dedigneris, ut sit perpetuū tui honoris, tui nominis, tuæ famæ, tuæ gloriæ defensandorum pignus q̄ aptissimum. Vale, & meliore ocio fruere, quod tibi iam redditum literis Cæsareis confido. De quo ualde & tibi & bonis literis, in quibus adhuc multa præstare potes gratulor. Ex Viana Austria.

FINIS

Ioannes Streler Iuris Doctor. Ioanni Capnioni Phorcensi. S.

ACCEPI binas tuas literas uir humaniſſime, quibus me eſſe negligentem tuis in rebus iudicas. Aliter multo de me ſentis q̃ res ipſa habeat. Nam ſi ſcires qualem in eis adhibuiſſem diligentiã, non eſſet eiuſcemodi tua de me opinio. Teſtis erit Marſilius Ficinus pater noſter atq; Conradus. Non eſt ea copia librorum apud nos Florentiæ quam opinaris. Nullam adhuc poſſum habere Bibliam hebraicam, niſi unam quæ eſt Bononiæ, quæ tñ caret aliquot quaternionibus, quam coemere nolo. Si tamé poſt hac ad nos adueherentur aliqua, ſatisfacerem uoluntati tuæ. Orationes Aeſchynis nequaquam reperio, Plotinus non eſt úſq; huc integre impreſſus, ualebit duos aureos rhenenſes, Platonis opera cũ Theologia nuper Venetiis impreſſa tibi emi. Item Hexaemeron Mirandulæ. De græcis libris tibi coemẽdis hoc ſcias, fui penes oẽs hic librarios, nihil horum prorſus reperio. Marſilius iuſſit q̃ hæc tibi ſignificem, ſi ii libri quos habere cupis eſſent hic uenales, ſubito a magno Laurentio, ut ita dicam, raperentur. Pueri ualẽt dant operam ſtudio non negligentem, agam cum eis pro tuo iuſſu. Dominus Demetrius nunc Mediolani legit, quem habituri ſimus hic qui græce legat poſtea ſignificabo. Vale. Ex Florentia. Kaleñ. Decemb.

E

ועצתי תחת משפט האפיפיור
ברבר זה ולא היה להם יכולת
לעשות איזו דבר נגדי בתבנ
עלי ספר גדול מלא דבר שוא
וכזב ושלחו אותו ברבים ברי
לקללני בעיני אלהים ואדם בי
חייתי סיבה שלא ישרפו כל
ספרי תלמוד באשכנז ואתה
יהוה אדני עשה אתי למענ
שמך כי טוב חסדך תצילני
יקללו המה ואתה תברך
קמו ויבשו

פלפל עם הארץ חדיוט גמור
כתב עלי ספר אחד שהוא נגד
כבודי ואמנתי בכמה טעיות
וכובים ואותם חכמי אותה חי
חישיבה כתבו עלי גב ספר אחר
ושלחו לרבים בכל מקום כדי
לפרסם חרבר נגד כבודי ואמנתי
ופרסמו זה חרבר לפני חוקר
האמנה ואני פעם אחרת בתבתי
עבור כבודי ספר אחד בלשון
אשכנז וחלקתי תשובתי בכמה
פנים ונתתי טעם לדברי ורצו
לשרות אותן הספר שחברתי
וכשראו שלא יכלו להבאיש
ריחי בעיני האפיפיור הגמונים
וחכמים אחרים לשרות ספרי
וגם לקרא ברבים ממני כמו ש
שכתבתי ושאני נתתי עצמי ו

תלמוד יהיו נחלקים לדינים ו
וחוקים ואגדות וכל מי שיאמין
יאמין ובו ואם ימצאו כתבים
חאלו שאותו פלפל בלבל עם
בומריו אותו הספר או ספרים
ישרת או ישרפו כי יש במה
ספרי קבלה וספרים אחרים ג
נבבים ולא לשרפם ואחר ש
שאדונינו חקיסר ול קרא סבותי
וכונתי ציוח אותם הספרים ה
חגלקחים לחשיבם לידי אדוניהם
וחנח בשאותו פלפל וחכמיו ה
ישיבת קולוניא ראו שעל ידי
עצתי נתבטלח עצתם צעקו ב
בקול גדול לאמר שאני מין וא
ואפיקורוס באמונותינו ובוחש
בעיקרינו ולא די לחם שצעקו
ברבים אלא אותו חמשומד ם

ללקחם ולשרפם מפני סבות ש
שנאמרו אחר זה אמר החסיד
שרוצה ליקח עצה מה לעשות
מספרים אלו וכן עשה ואחר ע
עציתו כתב לי אגרת תחומה ש
שאני יותנו רוחלין אחיה מבחין
וחוקר ודורש בספרים אלו אם
באלו נמצאו בהם אם לאו ואני
לפי מיעוט שכלי וקוצר חשגתי
לפי מה שחנני השם עי טורח
גדול שלמדתי ועייגתי בספרים
אלו עבור חשק ואהבה שהיה
לי כל ימי ללמוד ולקראת ב
בספרי לשון הקודש חרגלתי
וחשגתי ובחנתי וחשיבותי ל
למאמר החסיד שאני לא ירעתי
ולא שמעתי מספרי תלמוד מ
מאלו הדברים וכו רק שספרי

טוב יכתב ללקחם ולחביאם ל
לאוצרי הקיסר ומלך בידי שר
אחד ממונה על זאת ואחכ ב
בולם יתנו לשרפת אש לבר ע
עשרים וארבעה שחם עיקר ת
תורתינו אבל כל ספרי תלמוד
ישרפו בגו גורא יקידתא כרי
שלא יהיה לחם סבח לקלל מ
מלכינו ולד קיסר ארונגנו וכל
בני עמינו גם לחרפ ולגרפ א
אלהינו ובתי תפילתינו ועוד ע
עבור סבח אחרת גדולח מכל
אלו כדי שיובלו בולם לקרא
בשם אחד אחר שרפת כל אלו
הספרים שחם מסר מבריל ב
ביניהם ובין אמתינו ולכן אינם
מכירים בוראנו לכן יכתב ש
שבכל מקום ומקום שאותם
ספרי תלמוד ימצאו לל

קללות ותפלות נגד אמונתינו
ואדוני האמונה אפיפיור הגמונים
חכמים גלחים ובומרים ולא על
זה לבד כי אם על הקיסר ומלך
ושרים ופחות וכל אומה ועם
שלנו וזה בכל יום הם מתפללים
ומקללים וכו׳ וכו׳ עבור ספרי ה
התלמוד ועוד רעה גדולה יותר
שיש לנו לשום על נפשינו ש
שאם לא חיו ספרים אלו חיה ה
האמונה כולה אחת וכולם יחיו
מאמינים בישו משיח שלנו רק
אותם הספרים לבד מדיחים א
אותם מדרך ישרה לכן למלך
אין שוה להניחם ולכן אנו מ
מיעצים לפי סוד אמתינו ובתי
תפילתינו וגם מוחירים שכל ס
ספרי היהודים אם על הקיסר ט

AD PERPETVAM CA

LVMNIAE MEMORIAM À THE
LOGISTIS ET FRATRIBVS
Prædicatoribus Colonienſibus, mihi Ioan
ni Reuchlin Legum Doctori tur
piter illatæ.

יהוע לכל כי תוך שנים לא
ים חקיסר מכסימיליאן אדוננו
ל ירד לעיר קולוניאה מקום
יש לשם ישיבה גדולה בא
אומתינו וחכמים גדולים ב
חכמת האלהות: ובאו כולם
גודה אחת נבחלים ונחפזים
אנחים וכבובים קוראים בקול
גדול חושיעה המלך וקיסר הנה
במלכותך ישנו עם אחד מפוזר
ומפורד ודתיהם שונות מכל עם
וזה עי ספרי התלמוד שבידם
ושבאותם הספרים כתוב באופן
וזה במה חירופים וגידופים וק